



I





[Faint, illegible handwriting]



18-10-1900
Sala Reservada - H. A.

1900



FRANCISCO DE CALDERON DE LA BARRA
FRANCISCO DE CALDERON DE LA BARRA

[Faint handwritten text in Spanish, possibly a title or address]

[Faint, mostly illegible handwritten text in Spanish, likely the main body of a letter or document]





FIRMIANI LACTANTII DE FALSA RE

LIGIONE LIBER. PRIMVS. INCIPIT FELICITER



AGNO. ET. EXCELLENTI. INGEIO
viri cum se doctrinae penitus dedissent
quicquid laboris poterat impendi. contemp-
tus omnibus & priuatis & publicis actio-
nibus. ad inquirendae ueritatis studium
contulerunt. existimantes multo esse prae-
clarus humanarum diuinarumque rerum in-
estigare ac scire rationem. quam struendis
operibus. aut cumulandis honoribus inherere. Quibus rebus quoniam
fragiles terrenaeque sunt. & ad solius corporis pertinent cultum.
nemo melior. nemo iustior efficere potest. Erant quidem illi ueri-
tatis cognitione dignissimi quam scire tantopere cupuerunt.
atque ita ut eam rebus omnibus anteponerent. Nam & abiicisse
quosdam res familiares suas. & renuntiasse uniuersis uoluptatibus
constat. ut solam nudamque uirtutem nudi expeditique sequerentur.
Tantum apud eos uirtutis nomen & auctoritas ualuit. ut in ipsa
esse summi boni praemium praedicarent. Sed neque adepti sunt
id quod uolebant. & operam simul atque industriam perdididerunt.
quia ueritas id est archanum summi dei qui fecit omnia ingenio
ac propriis sensibus non potest comprehendi. Alioquin nihil
inter deum hominemque distaret. si consilia & dispositiones illius
maiestatis aeternae cogitatio assequeretur humana. Quod quia
fieri non potuit. ut homini per seipsum ratio diuina notesceret.
non est passus hominem deus lumen sapientiae requirentem diuini
errare. ac sine ullo laboris effectu uagari per tenebras inextri-
cabiles. Aperuit oculos eius aliquando & notionem ueritatis
munus suum fecit. ut & humanam sapientiam nullam esse
monstraret. & erranti ac uago uiam consequendae immorta-
litatis ostenderet. Verum quoniam pauci utuntur hoc cae-
lesti beneficio ac munere. quod obuoluta in obscuro ueritas latet.
eaque uel contemptui doctis est. quia idoneis assertoribus eget. uel



BIBLIOTECA PUBLICA
TOLEDO - DUBLIN



odio indoctis. ob insitam sibi austeritatem. quam natura hominum
proclivis in vitia pati non potest. nam quia virtutibus amaritudo
mixta est: vitia vero voluptate condita sunt. illa offensa. hac
delinuti feruntur in preceptis. & bonorum specie falsi. mala pro
bonis amplectuntur. succurrendum est his erroribus credidi.
ut & docti ad veram sapientiam dirigantur. & indocti ad
veram religionem. Quae professio multo melior. utilior. glo
riosior. putanda est. quam illa oratoria. in qua diu versati. non
ad virtutem. sed plane ad argutam malitiam inuenies eru
diebamur. quibus ad cultum verae maiestatis mentes ho
minum instruere possimus. Nec tam de rebus humanis
bene meretur qui scientiam benedicendi affert. quam qui pie
atque innocenter docet vivere. Idcirco apud Graecos maiore
in gloria philosophi quam oratores fuerunt. Illi enim recte vivendi
doctores sunt existimati: quod est longe praestabilius. quom
benedicere ad paucos pertinet. bene autem vivere ad omnes.
Multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium contulit
ut nunc maiore copia & facultate dicendi causam veritatis
poremus. quae licet possit sine eloquentia. ut est a multis saepe
defensa. tamen claritate ac nitore sermonis illustranda. & quo
dammodo differenda est: ut potentius in animos influat. & vi sua
instructa. & luce orationis ornata. De religione itaque nobis
rebusque diuinis instituitur disputatio. Nam si quidam maxi
mi oratores professionis suae quam veterari. decursis operibus ad
tionem suam. postremo se philosophiae tradiderunt: eamque
sibi requiem laborum iustissimam putauerunt. si animos suos
in earum rerum quae inueniri non poterant. inquisitione torque
rent: ut non tam otium sibi quam negotium quaesisse videantur.
& quidem multo molestius quam in quo fuerant ante versati. quanto
iustius ego me ad illam piam. veram. diuinam sapientiam.
quam ad portum aliquem tutissimum conferam. in qua omnia
dicta prona sunt. auditu suauia. facilia intellectu. honesta
suscepta. Et si quidam prudentes. & arbitri equitatis. in
stitutiones cuius iuris compositas ediderunt: quibus civium

multoque nunc recte de pre
ceptis celestibus differemus

4

diffidentium lites contentionesq; sopirent: quanto melius nos
& rectius diuinas institutiones litteris psequemur: in quibus
non de stillicidijs: aut aquis arcendis: aut de manu conferen-
da: sed de spe: de uita: de salute: de immortalitate: de deo lo-
quemur: ut superstitiones moruiferas: erroresq; turpissimos
sopnamus. ^{hic de his} Omissis ergo terrenae huiuscae philosophiae auc-
toribus nihil certi afferentibus: aggrediamur uiam rectam.
Quos equidem si putarem satis idoneos ad bene uiuendum
duces ee: & ipse sequerer: & alios ut sequerentur hortarer.
Sed cum inter se magna concertatione dissideant: secūq; ipsi
plerūq; discordent: apparet eorū iter nequaquā ee directum.
Siquidem sibi quiq; ut e libitum proprias uias impresserūt:
confusionēq; magnam inquirentibus ueritatem reliquerunt.
Nobis autem qui sacramentum religionis accepimus: cum sit
ueritas reuelata diuinitus: cum doctorem sapientiae: ducēq;
uirtutis deum sequamur: uniuersos sine ullo discrimine uel
sexus: uel aetatis: ad caeleste pabulum conuocamus. Nullū
enim suauior aīo cibus ē: q̄ cognitio ueritatis: cui afferenda
atq; illustranda septem uolumina destinauimus. quīs ea
res infinita pene sit operis & imensi: ut si quis hęc dilata-
re atq; exequi plenissime uelit: tanta illi rerū copia exu-
beret: ut nec libri modum: nec finem repiat oratio. Sed nos
idcirco breuiter oīa colligemus: quod ea quae allaturi sumus
tam clara sunt & lucida: ut magis mirum ee uideatur tā
obscuram uideri hominibus ueritatem: & his praecipue q̄
sapientes uulgo putantur: uel quod tantūmodo instituendi
nobis homines erunt: hoc ē ab errore quo sunt implicati: ad
rectiorem uiam reuocandi. Quod si fuerimus ut spero af-
secuti: mittemus eos ad ipsum doctrinae uberrimum ac ple-
nissimum fontem: cuius haustu atq; potu conceptam uisce-
ribus sitim sedent: ardoreq; restinguant: erūtq; illis omnia
facilia: prona manifesta: modo ne pigeat ad percipiendam
sapientiae disciplinam legendi uel audiendi patientiam co-
modare. Multi enim supstitionib; uanis p̄tinaciter inheretes:



obdurant se contra manifestam ueritatem. non tam de suis religionibus quas praeferunt benemeriti q̄ de se male. Qui cum hēant iter rectum. deuios sequuntur anfractus. planū deserunt. ut per praecipitium labantur. lucem relinquūt. ut in tenebris caeci ac debiles iaceant. His consulendū ē. ne contra se pugnent. uelintq; se tandem ab inueteratis erroribus liberari. Quod utiq; facient. si quare sint nati aliqui peruiderint. Haec enim prauitatis ē causa. ignorantio sui. Quam si quis cognita ueritate discussit. sciet quo referenda. & quēadmodum uita sibi degenda sit. cuius scientiae summam breuiter circūscribo. ut neq; religio ulla sine sapientia suscipienda sit. nec ulla sine religione probanda sapientia. Suscepto igitur illustrandae ueritatis officio. non putavi adeo necessarium ab illa quaestione principium sumere. quae uideatur prima eē natura sit ne providentia quae rebus omnibus consulat. an fortuitu uel facta sint omnia. uel gerantur. cuius sententiae auctor ē democritus. confirmator Epicurus. Sed antea Protagoras. qui deos in dubium uocauit. & postea Diagoras. qui exclusit. & alii nonnulli. qui non putauerunt deos eē. Quid aliud fecerunt. nisi ut nulla eē ^{esse} providentia putaretur. Quos tñ coeteri philosophi ac maxime stoici acerrime reuiderunt. docentes nec fieri mundum sine diuina ratione potuisse. nec constare. nisi summa ratione regeretur. Sed & M. tullius quis academicae disciplinae defensor eēt. de providentia gubernatrice reorū. & multa. & saepe diseruit. stoycorum argumenta confirmans. & noua ipse afferens plurima. quod facit cum in omnibus philosophiae suae libris. tum maxime in his qui sunt de natura deorū. Nec difficile sane fuit. paucorū hominum praua sententiarum redarguere mendacia. testimonio populorū atq; gentium. in hac una re non dissidentium. Nemo ē. n. tam rudis. tam feris moribus. qui non oculos suos in caelum tollens. tamen & si nesciat. cuius dei providentia regat hoc omne. quod cernitur. non aliquam tñ eē intelligat. ex ipa

rerum magnitudine. motu. dispositione. constantia. utilitate. pul-
chritudine. temperatione. nec posse fieri quin id quod mirabili
ratione constat. nisi consilio maiore aliquo sit instructum. &
nobis utiq; facillimum ē exequi hanc partem qualibet copiose.
Sed quia multum inter philosophos agitata res ē. & prudentia
tollentibus satis r̄sum uidetur ab hominibus argutis & eloque-
tibus. de solertia diuinæ prudentiæ per totum hoc opus quod
suscepim' sparsim dicere nos necesse ē. Omittamus in præsentia
hanc quaestionem. quæ cum coeteris sic coheret. ut nihil a no-
bis uideatur differi posse. ut non simul de prouidentia differat.
Sit ergo nr̄i opis exordium quaestio illa consequens ac secunda.
utrum potate unius dei mundus regatur. an ne multorum.
Nemo ē qui deum sapiat. rationeq; secum putet. qui nō unū
eē intelligat. qui & condiderit omnia. & eadem qua condidit
uirtute moderetur. Quid. n. multis opus ē ad mundi regnum
sustinendum. nisi forte arbitramur si plures sint minus hēre
singulos neruoz atq; uirum. quod quidem faciunt hi qui eē
multos uolunt. quia necesse ē imbecilles eē. Siquidem singuli
sine auxilio reliquoz. tantæ molis gubernaculum sustinere
non possunt. deus autem qui ē æterna mens. ex omni utiq;
parte p̄fectæ consumatæq; uirtutis ē. Quod si uerum ē. unū
sit necesse ē. Potas enim uel uirtus absoluta retinet suam
ppriam firmitatem. Id autem solidum existimandum ē. cui ni-
hil decedere. id p̄fectum. cui nihil possit accedere. Quis du-
bitet potentissimum eē regem. qui totius orbis hēat imperium.
neq; imerito cum illius sint quæ ubiq; sunt omnia. cum ad eū
solum omnes undiq; copiae congerantur. At si plures partian-
tur orbem. minus certe opum. minus uirum singuli hēbunt.
cum intra præscriptam portionem se quisq; contineat. Eode-
modo etiam diu si plures sint minus ualebunt. alius tantūde
in se hēntibus. Virtutis autem p̄fecta natura in eo pot eē in q̄
totum ē. q̄ in eo in quo pars exigua de toto ē. Deus uō si per-
fectus ē. quia p̄fectus ē ut eē debet. non pot eē nisi unus. ut
in eo sint omnia. Deoz igitur uirtutes ac potates infirmiores



sunt necesse est. quia tantum singulis deerit quantum in coeteris fuerit. Ita quanto plures tanto minores erunt. Quid quod summa illa rex potas ac diuina uis. ne semel quidem diuidi potest quicquid. et capit diuisionem. & interitum capiat necesse est. Si autem interitus procul est a deo. quia incorruptibilis est. & aeternus. consequens est ut diuidi potas diuina non possit. Deus ergo unus est. si nihil esse aliud potest. quod tantudem capiat potestatis. Et in terra qui multos esse arbitrantur. officia inter se dicunt esse partitos. de quibus omnibus suo loco disputabimus. Illud interim quod ad praesentem locum pertinet teneo. Si partiti sunt inter se officia. eodem reuoluntur res. ut ex his quilibet sufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur non erit. qui cessantibus coeteris non potest omnia gubernare. Ita fit ut ad regendum mundum unius perfecta uirtute opus sit: quod imbecillitate multorum. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab uno regi. fallitur. neque quanta sit uis ac potas diuinae maiestatis intelligit. si existimat singularem deum qui facere mundum potuit. eundem regere non posse quem fecit. At si concipiat animo quanta sit diuini huius operis imensitas. cum antea nihil esset. tamen uirtute atque consilio dei ex nihilo esse conflatum. quod opus nisi ab uno inchoari perficique non potuit. iam intelliget merito facilius esse ab uno regi. quod est ab uno constitutum. Dicat fortasse aliquis. ne fabricari quidem tam immensum opus mundi. nisi a pluribus potuisse. Qualibet multos. qualibet magnos faciat. quicquid in multis magnitudinis potestatis uirtutis. maiestatisque posuerit. id totum in unum confero. & in uno esse dico. ut tantum in eo sit istarum rerum. quantum nec cogitari nec dici potest. Quia in re quoniam & sensu deficiamus. & uerbis. quia neque tantam intelligentiae lucem pectus humanae. neque explanationem tantarum rerum capit lingua mortalis. id ipsum intelligere nos oportet ac dicere. Video rursus quid est contrario dici possit. tales esse illos plures. quales nos uolumus unum. At hoc fieri nullo pacto potest. quoniam

singulorum potas progredi longius non ualebit. occurrentibus
sibi potantibus coeterorum. Necessesse est enim ut suos quisque limi-
tes aut transgredi nequeat. aut si transgressus fuerit suis
alterum finibus pellat. Non uident qui deos multos esse
credunt. fieri posse ut aliquid diuersum uelint. Ex qua
re disceptatio inter eos & certamen oritur. sicut homerus
bellantes inter se deos finxit. cum alii troiam capi uellent.
alii repugnarent. Vnius igitur arbitrio mundum regi
necesse est. Nisi enim singularium partium potas. ad unam
pudentiam referatur. non poterit summa ipsa constare.
uno quoque nihil curante amplius. quam quod ad eum proprie
pertinet. sicut ne res quidem militaris. nisi unum habeat
ducem atque rectorem. Quod si in uno exercitu tot fuerint
imperatores quot legiones. quot cohortes. quot cunei. quot
alae. primum nec instrui poterit acies. unoquoque periculum
recusante. nec regi facile aut temperari. quod suis propriis
consiliis utantur omnes. quorum diuersitate plus noceant.
quam profint. Sic in hoc rerum naturae imperio nisi unus fuerit.
ad quem totius summae cura referatur. uniuersa soluentur.
& corruent. Dicere autem multorum arbitrio regi mundum
tale est. quale si quis affirmet in uno corpore multas esse
mentes. quoniam multa & uaria sunt ministeria membrorum.
ut singulos corporis sensus singulae mentes regere credat.
Item multi affectus quibus commoueri solemus. uel ad iram.
uel ad cupiditatem. uel ad letitiam. uel ad metum. uel ad
miserationem. ut in his omnibus totidem mentes putentur
operari. Quod si quis profecto dicat. ne ipsam quidem quae
una est habere uideatur. Quod si in uno corpore tantarum
rerum gubernationem mens una possidet. & uniuersis semel
intenta est. cur aliquis existimet mundum non posse ab uno
regi. a pluribus posse? quod quia intelligunt isti assertores
deorum. ita eos praeesse singulis rebus ac partibus dicunt.
ut tamen unus sit rector eximius. Jam ergo coeteri non du-
erunt. sed satellites ac ministri. quos ille unus maximus



ac potens omnium his officis praefecerit. & ipsi eius imperio
ac nutibus seruiant. Si uniuersi pares non sunt non igitur
du omnes sunt. Nec. n. pot hoc idem ee quod seruit. & qd
dominatur. Nam si deus nomen e summas potatis. incorrup-
tibilis ee debet. pfectus. impassibilis. nulli rei subiectus. Ergo
du non sunt. quos parere uni maximo deo necitas cogit. S;
qz non frustra falluntur: qui hoc ita putant. causam huius
erroris paulo post apiemus. Nunc unitatem diuinae ptatis
testimonius comprobemus. Prophetas qui fuerunt admodum
multi. unum deum praedicant. unum loquuntur. qui ppe.
qui unius dei spiritu pleni. quae futura eent. pari & conso-
na uoce praedixerunt. At enim ueritatis exptes no putat
his ee credendum. Illas. n. non diuinas. sed humanas fuisse
uoces aiunt. uidelicet quia de uno deo praeconium faciunt
aut insani. aut fallaces fuerunt. Atq impleta ee in plerisq;
quotidie illoz uaticinia uidemus. & in unam sententiam co-
gruens diuinitio. docet non fuisse furiosos. Quis. n. mentis
emotae. non modo futura praecinere. sed etiam coherentia lo-
qui possit. Num ergo fallaces erant. qui talia loquebantur.^a
Quid ab his tam longe alienum. q ratio fallendi. cum coeteros
ab omni fraude cohiberent. Idcirco. n. a deo mittebantur. ut
& praecones eent maiestatis eius. ac correctores prauitatis hu-
manae. Praeterea uoluntas fingendi ac mentiendi eoz. e. q
opes appetunt. qui lucra desyderant. quae res pcul ab illis
sanctis uiris fuit. Ita enim delegato sibi officio functi sut. ut
derelictis omnibus ad tutelam uitae necis. non modo in futurz.
sed ne in diem quidem laborarent. contenti ex temporali cibo.
quem deus subministraret. Hi non modo quaestum nullu
huerunt. sed etiam cruciatus atq; mortem. Amara sut. n.
uirtosis ac male uiuentibus praecepta iustitiae. Itaq; hi qz
peccata & arguebantur. & phibeantur. excruciatos eos acer-
bissime necauerunt. Ergo a quibus absuit studium lucri. ab-
suit etiam uoluntas & causa fallendi. Quid quod alig eoz
principes. aut etiam reges fuerunt. in quos cadere suspicio



non pot̄ cupiditatis & fraudis. & tñ praeconium dei singularis
 eadem qua coeteri diuinatione fecerunt. Sed omitamus sane
 testimonia pphetarū. ne minus idonea probatio uideatur esse.
 de quibus his omnino non creditur. Veniamus ad auctores.
 & eos ipsos ad p̄bationem ueri testes citemus. quibus contra
 nos uti solent. poetas dico. ac philosophos. ex his unum deum
 p̄bemus necesse ē. non quo illi hūerint cognitam ueritatem. sed
 quod ueritatis ipsius tanta uis ē. ut nemo possit ēē tam caecus.
 quin uideat ingerentem se oculis diuinam claritatem. Poetae
 igitur quos deos carminibus ornauerint. & eorū res gestas am-
 plificauerint summis laudibus. saepissime tñ confitentur. spiritu
 uel mente una contineri regiū omnia. Orpheus qui ē uetustis-
 simus poetarū. & aequalis ipsoꝝ deoꝝ. si quidem traditur inter
 argonautas cum tindaridis & hercule nauigasse deum uerum
 & magnum Πρωτόγονον appellat. quod ante ipsum nihil sit
 genitum. sed ab ipso sint cuncta generata. Eundē et Φάνητα
 nominat. quod cum adhuc nihil ēēt. primus ex infinito appa-
 ruerit. & extiterit. cuius originem atq; naturam q̄ concipere
 animo non poterat. ex aere immenso natum ēē dixit Πρω-
 τόγονος φάειβων περιμήκεος ἠέρος ὕϊος. Aliud enim
 quod diceret amplius non hebat. hunc ait ēē omnium deoꝝ
 parentem. quoꝝ causa caelum condiderit. liberisq; p̄spexerit.
 ut herent hitaculum sedēq; cōmunem. ἔκτισεν ἀθανάτοις
 Δόμον ἑφβίτον. Natura igitur & ratione ducente intel-
 lexit ēē praestantissimam pt̄atem caeli ac terrae conditricē.
 Non poterat. n. dicere Iouem ēē principem reꝝ. q̄ erat Satur-
 no genitus. Neq; ipsum Saturnum qui caelo natus ferebat.
 Caelum autem tanq̄ deum primum constituere non audebat.
 quod elementum uidebat ēē mundi. quod ipsum eguerit aucto-
 re. Haec eum ratio p̄duxit ad deum illum primogenitum.
 cui assignat & tribuit principatum. Homerus nihil nobis
 dare potuit quod pt̄ineat ad ueritatem. qui humana potiꝰ q̄
 diuina conscripsit. Potuit hesiodus. qui deoꝝ gn̄ationem
 libri iuius opae complexus ē. Sed tñ nihil dedit. non a



ORPHEVS.

primogenitum
apparentem

primogenit' phæthon
longo aere natus.

condidit imortalib'
domum incorruptabile.

deo conditore sumens exordium. sed a chaos quod ē rudis. inor-
dinateq; mater confusa congeries. cum explanare ante debue-
rit chaos ipsam unde. quando. quomodo. eē aut constare coe-
pisset. Nimirum sicut ab aliquo artifice disposita. ordinata.
effecta sunt omnia. sic ipsam materiam fictam eē ab aliquo
nece ē. Quis igitur hanc nisi deus fecit. cuius potati subia-
cent omnia. Sed refugit hoc ille. dum horret incognitā ueri-
tatem; Non. n. musarū instinctu. sicut uideri uolebat. in
helicone carmen illud effudit. sed meditatus uenerat ac pat?
Nostroꝝ primus Maro. non longe fuit a ueritate. cuius de-
sumo deo quem mentem ac spiritum noīauit. Haec uerba sūt.
Principio caelum ac terras camposq; liquētes. Lucentēq; glo-
bum lunae titaniaq; astra. Spiritus intus alit. totaq; infu-
sa p artus Mens agitat molem. & magno se corpore miscet.
Ac ne quis forte ignoret quina eēt ille sps. q tantum heret
potatis. declarauit alio loco dicens. Deum nāq; ire p omnis
terrasq; tractusq; maris. caeliq; pfundum. Hinc pecudes. arme-
ta. uiros. genus omne ferarū. Quēq; sibi tenuis nascentem
arcessere uitas. Ouidius q; in principio praeclari opis. sine
ulla nominis dissimulatōe. a deo. quem fabricatorem mundi.
quem reꝝ opificem uocat. mundum fatetur instructū. Quod
si uel Orpheus. uel hi nrī. quae nā ducente senserunt. i per-
petuum defendissent. eandem quam nos seꝝmur doctrinam
comprehensa ueritate tenuissent. Sed hactenus de poetis.
Ad philosophos ueniamus. quorū grauior ē auctoritas. certiq;
iudicium. quia non rebus comēticis. sed inuestigandae uer-
tati studuisse creduntur. Tales milesius. qui unus ex septem
sapientium nūo fuit. q primus omnium quaesisse de causis nā-
libus traditur. aquam eē dixit. ex qua nata sint oīa. deum
autem eē mentem. quae ex aqua cuncta formauit. ita mate-
riam reꝝ posuit in humore. principium causāq; nascendi con-
stituit in deo. Pythagoras ita definiuit. quid eēt deus. anim?
p uniuersas mundi partes. omnēq; nām comēans. atq; diffusus.
ex quo oīa quae nascuntur aīalia uitam capiunt. Anaxagoras

Maro



EVANGELIO

LIBRERIA

LIBRERIA

LIBRERIA

LIBRERIA

8
deum esse dicit infinitam mentem. quae per se ipsam moueatur.
Antisthenes multos quidem esse populares deos. unum tamen naturalem.
id est totius summae artificem. Cleanthes & Anaximenes
aethera dicunt esse summum deum. cui opinioni poeta noster assensit.
Tum pater omnipotens fecundis umbribus aether. Coniugis in
gremium laete descendit. & omnis Magnus alit magno permix-
tus corpore foetus. Chrysippus naturalem uim diuina ratione pre-
ditam. interdum diuinam necessitatem deum nuncupat. Item
Zenon naturalem diuinamque legem. Horum omnium sententia quis sit in-
certa. eodem tamen spectat. ut prudentiam unam esse consentiant.
sive est natura. sive aether. sive ratio. sive mens. sive fatalis neces-
sitas. sive diuina lex. sive quid aliud dixeris. idem est quod a
nobis dicitur deus. nec obstat appellationum diuersitas. cum
ipse significatione ad unum omnia reuoluantur. Aristoteles quis
secum ipse dissideat. ac repugnantia sibi & dicat & sentiat.
in summum tamen unam mentem mundo praeesse testatur. Plato
que omnium sapientissimus iudicatur. monarchiam plane apteque
defendit. nec aethera. aut rationem. aut naturam. sed ut est deum
noiat. ab eo mundum hunc perfectum. atque mirabilem esse
fabricatum. quem Cicero secutus atque imitatus. in plurimis fre-
quenter deum confitetur. ac supremum uocat. in his libris quos
de legibus scripsit. ab eoque regi mundum argumentatur. cum
disputat de natura deorum hoc modo. Nihil est praestantius deo.
Ab eo igitur regi mundum necesse est. Nulli igitur est naturae obe-
diens. aut subiectus deus. Omnem ergo regit ipse naturam. Quod
autem sit deus in consolatione definit. Nec uero deus ipse qui
intelligitur a nobis. alio modo intelligi potest. nisi mens soluta que-
dam & libera. segregata ab omni concreuione mortali. omnia sentiens
& mouens. Aeneas quoque Seneca qui ex romanis uel acerrimus
stoycus fuit. quae saepe deum summum merita laude persequitur.
Nam cum de immatura morte differeret. non intelligis inquit
auctoritatem ac maiestatem iudicis tui rectoris orbis terrarum
caelique & deorum omnium deum. a quo ista numina quae singula
adoramus & colimus suspensa sunt. Item in exhortationibus.



PLATO.

quid deus.

Hic cum prima fundamenta molis pulcherrime iaceret. & hoc
 ordiretur. quo neq; manus quicq; nouit nã nec melius. ut oĩa sub
 ducibus suis irent. q̄uis ipse p̄ totum se corpus intenderat. tñ
 ministros regni sui deos genuit. & q̄ multa alia de deo nr̄is
 similia locutus ẽ. quae nunc differo. quod alius locus oportuno
 ra sunt. Nunc satis ẽ demonstrare summo ingenio uiros atti
 gisse ueritatem. ac pene tenuisse. nisi eos retrorsus infucata
 prauis opinionibus consuetudo rapuisset. qua & deos eẽ alios
 opinabantur. & ea quae in usum hoĩs deus fecit. tanq̄ sensu
 p̄cedita eẽnt p̄ diũs bẽnda & colenda credebant. Nunc ad
 diuina testimonia transeamus. sed prius unum p̄feram. quod
 ẽ simile diuino. & ob nimiam uetustatem. & quod is quem
 noĩabo ex hominibus in deos relatus ẽ. Apud Ciceronem. C.
 cotta pontifex disputans contra stoicos de religionib; & uarieta
 te opinionum quae solent eẽ de diũs. ut more academicorũ oĩa
 faceret incerta. quinq; fuisse mercurios ait. & enumeratis per
 ordinem quatuor. quantum fuisse eum a quo sit argus occisus. ob
 eaq; cãm in aegyptum p̄fugisse. atq; aegyptiis leges ac literas
 tradidisse. Nunc aegyptiū appellat. a quo apud
 eos primus anni sui mensis idest september nomen accepit.
 Idem oppidum condidit. quod etiam nunc graece uocatur mer
 curi ciuitas. & faemate colunt eum religiose. Qui tamẽ si
 homo fuit. antiquissimus tamen & instructissimus omni genere
 doctrinae. adeo ut ei multarũ rerũ & artium scientia. trimegisto
 cognomen imponeret. Hic scripsit libros & quidem multos ad
 cognitionem diuinarũ rerũ p̄tinentes. in quibus maiestate summi
 ac singularis dei asserit. isdeq; noĩb; appellat. quibus nos deũ
 & patrem. Ac ne quis nomen eius requireret. *ΔΝΕΩΝΥΜΟΝ*
 eẽ dixit. eo quod noĩs p̄prietate non egeat. ob ipsam scilicet
 unitatem. Ipsius haec uerba sunt. *ὁ Δε θεὸς εἷς. ὁ Δε εἷς
 ὁνομαστός ὄντις προσδέεται. εἷς γὰρ ὁ μὴ ἂν τὸν Νυμῶνα.* deo
 igitur nom̄ n̄ ẽ. qz solus ẽ. nec opus ẽ p̄prio uocabulo. nisi cũ
 discrimen exigit multitudo ut unãquãq; p̄sonam sua nota &
 appellatione designes. deo autem quia semper unus ẽ p̄prium

deus at unũ. unus at noĩs
 ñ eget. ẽ ei q̄ ẽ sine noĩe.



STAIT

quod hys

praecipue erythreis coacti: allatiq; sunt romam. cuiuscunq; sibyl
 lae nomine fuerunt. Octauam hellespontiam in agro troiano
 natam. uico marmesso circa oppidum gergithum. qua scribit
 heraclides ponticus. solonis. & cyri fuisse temporibus. Nona
 phrygiam. quae uaticinata sit ancire. Decimam tiburtem
 noie albuneam. quae tiburini colitur ut dea. iuxta ripas am
 nis anienis. cuius in gurgite simulachrum eius inuentu e
 dicitur. tenens in manu librum. Harz omnium sibyllaz car
 mina & feruntur. & bentur. praeterq; cynicae. cuius libri
 a ro raris occultantur. nec eos ab ullo. nisi a quindecimuis in
 spira fas bent. & sunt singulaz singula libri. qui quia sibyl
 lae noie inscribuntur. unus ee creduntur. suntq; confusi. nec
 discerni. ac suum cuiq; assignari pot. nisi aerythrae. quae
 & nomen suum uerum carminu inseruit. & aerythream se
 noiat ubi praelocuta e. cum eet orta babylone. sed & nos co
 fuse sibyllam dicemus. sicubi testimonius eaz. fuerit abuten
 dum. Omnes igitur he sibyllae. unum deum praedicant. ma
 xime in erythrea. quae caelebrior inter coeteras ac nobilior
 hetur. Siquidem Fenestella diligentissimus scriptor. de qu
 decimuis dicens. ait restituto capitolio reuulisse ad senatu.
 C. curionem consulem. ut legati erythreas mitterentur. q car
 mina sibyllae conquisita ad romam deportarent. Itaq; missos ee
 P. gabiniuum. M. otaciliuum. L. ualerium. qui descriptos a pri
 uatis uersus circa mille romam deportauerunt. Idem supra
 ostendimus dixisse varronem. In his ergo uersibus. quos ro
 mam legati attulerunt. de uno deo haec sunt testimonia. Eic
 θεος ος μόνος εστιν. οδ υπεραεθεβης αγενητος hunc ee
 solum sumum deum. qui caelum fecerit. lumbibusq; distinxerit.
 αλλ α θεος μόνος εικ παν υπερατος. οσπεποινηκεν
 ουρανον ηλιον τε αστερας ηδε σεληνην. καρπο
 φορον γαιαντε. και υδατος οιδματαποντου
 qui quomam solum sit aedificator mundi. & artifex rerz.
 uel quibus constat. uel quae in eo sunt. solum coli oportere
 testatur. αυτον τον μονον οντα σεβες θητητορα

OTAV. M.



OTAV. M.

Vn' deus q solus e usq; amplissi
 mus increatus.

Sed deus solus un. emunctissim.
 q fecit caelu: soleq; & stellas
 atq; lunam. frugiferatq; terru:
 & tumores aquae ponti.

κόσμου. ὁ μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἔτυχεν.
 Item alia sibylla. quaecumq; e cum pferre se ad hoies uocem dei
 diceret. sic ait. μόνος γάρ θεός εἰμι, καὶ ὄν κέστι θεός
 ἄλλος. Exequerer nunc testimonia coeteraz. nisi & haec
 sufficerent. & illa oportuioribus locis reseruarem. Sed cum
 defendamus cam ueritatis apud eos qui aberrantes a ueritate.
 falsis religionibus seruiunt. quod genus pbationis aduersus eos
 magis adhibere debemus. q̄ ut eos testimonius deoz suoz reuin
 camus. Apollo ei quem praeter coeteros diuinum. maximeq;
 fatidicum existimant. colophone rndens. quod delphis credo e
 migrauerat amoenitate asiae ductus. quaerenti cuidam q̄ eet.
 aut qd eet omnino deus. rndit. χχ. & uno uersibus. quoz
 hoc principium e. ἀντο φησὶ ἀδιδακτος, ἀμήτωρ,
 ἀεὶ φέλικτος, ὄυνομα μὴ δὲ λόγῳ χωρόμε
 non, εὐπυρος ἀιωνή, τουτί θεός. μικρὰ δὲ θεοῦ.
 μερὶς, ἀγγελοι ἡμεῖς. Nūquid pot̄ suspicari de Ioue ee
 dictum. qui & matrem hūit. & nomen. Quid quod mercurius
 ille rex maximus. cuius supra feci mentionem non modo ἀμη
 τωρα. ut apollo. sed ἀπάτωρα quoq; appellant deum. q̄
 origo illi non sit aliunde. Nec ei pot̄ ab ullo ee generatus. q̄
 ipse uniuersa gnauit. Satis ut opinor & argumentis docui.
 & testibus confirmaui. quod per se satis clarum e. unum esse
 regem mundi. unum patrem. unum deum. Sed fortasse que
 rat aliquis a nobis idem illud. quod apud ciceronem quaerit
 hortensius. si deus unus e. quae ee beata solitudo quaeat. taq;
 nos q̄ unum dicimus desertum ac solitarium ee dicamus. Hec
 ei ministros. quos uocamus nuntios. & e illud uerum qd̄ dixis
 se in exhortationibus Senecae retuli supra. genuisse regni sui
 ministros deum. Verum hi neq; dū sunt. neq; deos se uocari.
 aut coli uolunt. quippe qui nihil praeter iussum ac uoluntate
 dei faciunt. nec in illi sunt qui uulgo coluntur. quoz & exi
 guus & certus e nūs. Quod si cultores deoz eos ipsos se co
 lere putant. quos summi dei ministros appellamus. nihil e
 quod nobis faciant inuidiam. qui unum deum dicamus. mltos

spm q̄ solus e colite. pncipe
 t̄ creatore mundi. q̄ solus an
 saeculu atq; a saeculo est.
 Solus ei de' su. & n̄ e ds alter



Ex se ort? in doct? sine matre.
 inexpugnabilis: nomen nec
 uerbo capiendū: igneū saeculu
 hoc deus: modica at̄ dei portio
 angeli nos.

Sine patre
 Sine matre

enilA

negemus. si eos multitudo delectat. Non duodecim dicimus. aut
 cccxv. ut orpheus. Sed inuicabiles ee arguimus eoz errores in
 diuersum. qui tam paucos putant. sciant tñ quo noie appellari
 debeant. ne deum uerum uolent. cuius nomen exponunt. di;
 pluribus tribuunt. credant apollini suo. qui eodem illo rñso. ut
 ioui principatum. sic etiam coeteris dus abstulit nomen. Ter-
 tius enim uersus ondit dei ministros. non deos. uerum ange-
 los appellari oportere. de se quidem ille mentitus e. Qui cū
 sit e nūo daemonum. angelis se dei aggregauit. deniq; i alus
 rñs daemonem se ee confessus e. Nam cum interrogaretur
 quomodo sibi supplicari uellet. ita rñdit. ΠΑΝΟΦΕ ΠΑΝΤΟ
 ΔΙΔΑΚΤΕΝ Ο ΛΟΙΣ ΤΡΟΦΕ ΚΛΥΒΙ ΔΑΙΜΩΝ. Item rursum
 cum prece in apollinem suminthium rogatus expromeret. ab
 hoc uersu exorsus e ΡΙΕΟΝΙΗ ΚΟΣΜΟΥ ΦΑΕΚΟΛΕ ΚΑΙ
 ΟΦΕ ΔΑΙΜΩΝ. Quid ergo superest. nisi ut sua confessione
 uerberibus ueri dei ac poenae subiaceat sempiternae. Nam
 in alio rñso ita dixit. ΔΑΙΜΩΝΕΣ ΟΙ ΦΟΙΤΩΣ ΠΕΡΙ ΧΘΟΝΑ
 ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΠΟΝΤΟΝ, ΑΚΑΛΑΤΟΙ ΔΑΙΜΟΝΤΑΙ ΥΠΑΙ ΜΑΚΤΙ-
 ΠΙ ΒΕΟΙΟ. De utrisq; generibus in scdo libro differemus. inter
 nobis sat e. quod dum honorare se uult & in caelo collocare.
 confessus e id quod res het. quomodo sunt appellandi q deo
 semper assistunt. Retrahant ergo se homines ab errorib;
 & abiectis religionibus prauis. parentem suum dominūq; co-
 gnoscant. cuius nec uirtus existimari pot. nec magnitudo p-
 spici. nec principium comprehendere. cum ad illum mentis huma-
 nae intentio & acumen & memoria puenit. Qua si sub-
 ductis & consumatis omnibus uis subsistit. heret. deficit. nec
 e aliquid ulterius quo pgrederi possit. Verum quia fieri non
 pot quin id quod sit aliqui ee coepit. consequens e ut quā
 nihil ante illum fuit ipse omnia ex se ipso sit procreatus. Ide-
 oq; ab apolline ΑΥΤΟΦΥΗC. a sibylla ΑΥΤΟΓΕΝΝΗC. ΑΓΕΝΝΗ-
 ΤΟC & ΑΠΟΙΝΤΟC nominatur. quod seneca homo acutus i exhor-
 tationibus uidit. Nos inquit aliunde pendemus. itaq; ad
 aliquem respiciamus. cui quod e optimum in nobis debeamus.

Oia sapiens. omia docte. q per
 cuncta uersaris. exaudi daemon

Coaptatio mundi tot illustris
 & sapiens daemon.

Daemones q pgrt circa terra
 & circa pontu: infessi. domā-
 tur sub uerbere dei.

ex se ort. & ex se gemitus. incre-
 atus. infectus.

Alius

Alius nos edidit. alius instruxit. deus ipse se fecit. His
 igitur tot ac tantis testibus comprobatur unius dei potate ac
 prudentia mundum gubernari. cuius uim maiestatemq; tanta
 ee dicit i timeo Plato. ut ea neq; mente concipe. neq; uerbis
 enarrare quisq; possit. ob nimiam & inexcomabilem potatem.
 Dubitet uo aliquis an quicq; difficile. aut impossibile sit deo.
 qui tanta. tamq; mirifica opera prudentia excogitauit. uirtute
 constituit. ratione pfectit. nuc autem spu sustentet. potate
 moderetur. inexcogitabilis. ineffabilis. & nulli alu satis notus
 q; sibi. Vnde mihi de tanta maiestate saepius cogitari. q
 deos colunt interdum uideri solent. tam caeci. tam incogita
 biles. tam excordes. tam non multum mutis animalibus dif
 ferentes. qui credant eos qui geniti sunt maris. ac femine
 coitu. aliquid maiestatis diuinaeq; uirtutis hēre potuisse. cū
 sibylla erythrea dicat. ὄν Δὴν ἀτὰρ ἀπὸς ἐκ μηρῶν
 κεντράτε θεοῦ τετυπωμένον εἶναι. quod si e uerum
 sicut e. appareat hercule. apolline. liberu. mercuriu. ioueq; ipsu
 cum coeteris homines fuisse. quia sunt ex duobus sexibus
 nati. Quid e autem a deo tam remotu qid opus. quod ipse
 ad ppangandam sobolem mortalibus tribuit. & quod sine sub
 stantia corporali nullum pot ee. Du ergo si sunt imortales. e
 terni. quid opus est altero sexu. nimirum ut generent. ipsa
 pgenie quid opus e. cum successione non egeant. qui semper
 sunt futuri. Nam pfecto in hominibus coeterisq; animalibus.
 diuersitas sexus. & coitio. & gnatio. nullam het aliam ratione
 nisi ut omnia gna uuentum quo sunt conditione mortalitatis
 obitura. mutua possint successione seruari. Deo aut qui est sem
 pternus. neq; alter sexus. neq; successio necessaria e. Dicit
 aliquis ut heat uel ministros. uel in quos ipse possit dominari.
 Quid igitur sexu opus e feminino. cum deus q e omnipotens
 ut uocatur. sine usu & opera feminae possit filios procreare.
 Nam si quibusdam minutis animalibus id praestitit. ut sibi e
 foliis natos. e suauibus herbis ore legant. cur existimet aliqs
 ipsum deum nisi ex pmixtione sexus alterius no posse gnare.



Non pot ex uiri femorib' & matrice ds formatus ee.

Illos igitur quos impii & insipientes tanquam deos & nuncupant & adorant. nemo est tam inconsideratus. qui non intelligat fuisse mortales. Quomodo ergo inquiet aliquis dum crediti sunt. nimirum quia reges maximam ac potentissimam fuerunt. ob merita uirtutum suarum. aut munerum. aut aratum repositarum. cum caeri fuissent his quibus imperitauerant. in memoriam sunt consecrati. Quod si quis dubitet res eorum gestas & facta consideret. quae uniuersa tam poetae. quam historici ueteres prodiderunt. Hercules qui ob uirtutem clarissimus & qui africanus inter deos habetur. nonne orbem terrarum quem peragrasset ac purgasset narratur. stupris. libidinibus. adulteris inquinauit. nec mirum cum esset adultero genitus alcmeneae. Quid tandem potuit in eo esse diuini. qui suis ipse uitiis mancipatus. & mares. & feminas contra omnes leges infamia. flagitio. dedecore affectus. Sed ne illa quidem quae magna & mirabilia gessit. talia uindicanda sunt. ut uirtutibus diuinis tribuenda uideantur. Quid enim tam magnificum. si leonem. aprumque superauit. si aues deiecit sagittis. si regium stabulum egressus. si uirginem uicit. angulumque detraxit. si equos feroces cum domino interemit. Oportet ista fortis uiri. hominis tantum. Illa est quae uicit fragilia & mortalia fuerunt. Nulla est est quae aut orator tanta uis. quae non ferro ac uiribus debilitari frangique possit. At animum uincere. iracundiam cohibere. fortissimum est. quae ille nec fecit unquam. nec potuit. Haec qui faciat. non modo ego eum cum summis uiris comparo. sed simillimum deo iudico. Vellem adiecisset. de libidine. luxuria. cupiditate. insolentia. ut uirtutem eius impleteret. quae deo simile iudicabat. Non est fortior putandus est quam leonem. quam qui uolentiam. & in seipso inclusam feram superat iracundiam. aut qui rapacissimas uolucres deuicit. quam qui cupiditates audissimas coercet. aut qui amazonem bellatricem. quam qui libidinem uincit. pudoris ac famae debellatricem. aut qui firmum de stabulo. quam qui uitta de corde suo egerit. quae magis sunt preciosa quam domestica & propria mala sunt quam illa quae & ui-

tari poterant. & caueri. Ex quo fit ut ille solus uir fortis
 debeat iudicari. qui temperans & moderatus e & iustus.
 Quod si cogitet aliquis quae sint dei opera. iam haec omnia
 quae mirantur hoies ineptissimi. ridicula iudicabit. Illa. n.
 non diuinis uirtutibus quas ignorant. sed infirmitate suaz
 uirum metuuntur. Nam illud quidem nemo negauit her
 culem non euristheo tm seruisse regi. quod aliquatenus ho
 nestum uideri pot. sed etiam impudicae mulieri omphalae.
 quae illum uestibus suis indutum sedere ad pedes suos iubebat.
 pensa facientem. detestabilis turpitud. sed tanti erat uolup
 tas. Quid tu inquit aliquis. poetisne credendum putas.
 quid ni putem. non ei ista Lucilius narrat. aut Lucianus. q
 diis & hominibus non peperit. sed hi potissimum q deoz
 laudes canebant. Quibus igitur credemus si fidem lauda
 tibus non hemus. qui hos mentiri putat. pferat alios qb
 credamus auctores. qui nos doceant qui sint isti dii. qmo.
 unde orti. quae sit uis eoz. qui nus. quae potas. quid i
 his admirabile. quid cultu dignum. quod deniq; certius ue
 riusq; mysterium. nullus dabit. Credamus igitur istis. qui
 non ut reprehenderent sunt locuti. s; ut praedicaret. Na
 uigauit ergo cum argonautis. expugnauitq; troiam. Iratus
 laomedinti ob negatam sibi p filiae mercedem salute. Vnde
 quo tempore fuerit apparet. idem furore atq; insania perci
 tus. uxorem suam cum liberis interemit. hunc hoies deum
 putant. Sed philocteta heres suus non putauit. qui face
 supposuit arfuro. qui artus eius ac neruos cremari. ac dif
 fluere uidit. qui ossa eius ac cineres in oetzo monte sepeli
 uit. p quo munere sagittas eius accepit. Aesculapius &
 ipse non sine flagitio apollinis natus. quid fecit aliud di
 uinis honoribus dignum. nisi quod sanauit hippolytum.
 mortem sane hnt clariorem. quod a deo meruit fulmana
 ri. Hunc Targius de illustribus uiris differens ait incer
 tis parentibus ortum. expositum. & a uenatorib; inuentu.
 canino lacte nutritum. chironi traditum didicisse medicina.



Tranquillus

fuisse autem messenium. s; epidauri moratum. Tullius etiam
canosuris ait sepultum. Quid apollo pater eius. nōne ob amo-
rem quo flagrabat turpissime gregem pauit alienum. & muros
laomedonti extruxit. cum neptuno mercede conductus. que
illi negari potuit impune. ab eoq; primo rex pfidus quicquid cū
diis pepigisset didicit abnegare. Idem formosum puerum. &
dum amat uiolauit. & dum ludit occidit. Homicida mars. &
p grām caedis crimine ab atheniensibus liberatus. ne uideret
nimis ferus. & immanis. adulterum cum uenere comisit. Ca-
stor & pollux dum alienas sponfas rapunt. eē gemini desie-
runt. nam luore iniuriæ concitatus idas. alterum gladio tras
uerberauit. & eosdem poetae alterius uiuere alterius mori
narrant. ut iam sint non deorū tm. s; omnium mortalium miser-
rum. quibus semel mori non licet. hos tm homerus ambos si-
pliciter. non ut poetae solent. mortuos eē testatur. Nam cū
faceret i muris assidentem priamo helenam. cunctos greciae
principes recognoscere. solos at frēs suos requirere. subiecit
orōni eius huiusmodi uersum. Haec ait. ast illos retinebat terra
sepultos. Fur ac nebulo mercurius. quid ad famam sui reliqt.
nisi memoriam fraudum suarū. Caelo scilicet dignus. quia
palestram docuit. & lyram primus inuenit. Liberū patre
necē ē in senatu deorū summae auctoritatis. primaq; eē suiae.
qz praeter iouem solus omnium triumphauit. exercitū duxit.
indos debellauit. Sed inuidus ille impator iudicus maximus.
ob amorem ac libidinem turpissime uictus ē. Delatus. n. creta.
cum seniuro comitatu. nactus ē impudicam mulierem i litore.
ac fiducia uictoriae iudicæ uir eē uoluit ne nimium mollis
uideretur. atq; illam patris pditricem. frīs interemptricē. ab
alio relictam. & repudiatam. in coniugium sibi uindicauit. &
liberam fecit. & cum ea pariter ascendit in caelum. Quid
horū omnium pr iuppiter. qui in solenni praecatione optimus
maximus nominatur. nōne a prima sua pueritia impius ac
penē paricida deprehenditur. cum prēm regno expulit. ac fu-
gauit. nec expectauit mortem decrepiti senis cupiditate regnandi.

et cum paternum solum per uim per arma cepisset. bello ē a
 utantibus laceffitus. quod humano generi principium fuit ma-
 loꝝ. Quibus uictis & pace īperpetuum comparata. reliquā
 suam uitam in stupris adulterisq; consumpsit. Omitto uirgi-
 nes quas īminuit. Id enim tolerabile iudicari solet. amphitryonem ac undarum praeterire non possum. quoz domos
 dedecore atq; infamia plenissimas reddidit. Illud uō summae
 impietatis ac sceleris. quod regum puerum rapuit ad stuprū.
 Parum. n. uidebatur si in expugnanda feminaꝝ pudicitia ma-
 culosus eēt ac turpis. nisi etiam sexui suo iniuriam faceret.
 Hoc ē uerum adulterium. quod fit contra nām. Haec q; fecerit
 uiderimus. an maximus. certe optimus non ē. quod nomen a
 corruptoribus. ab adulteris. ab incestis abest. nisi forte nos
 erramus. hoīes. qui talia facientes sceleratos uocamus. ac p̄di-
 tos. omnibusq; poenis dignissimos iudicamus. Stultus autē
 M. tullius. qui. C. uerri adulteria obiecit. eadem. n. iuppiter
 quem colebat admisit. qui. P. clodio sororis incestum. ac illi
 optimo maximo eadem fuit & soror & conuīx. Quis ē igit
 tam excors. qui hunc in caelo regnare putet. qui ne ī terra
 quidem debuit. Non insulse quidam poeta triumphum cupidi-
 nis scripsit. quo ī libro non modo potentissimum deoz cupi-
 dinem. sed etiam uictorem facit. Enūāus eī amoribus sin-
 guloz. quibus in p̄tatem cupidinis ditioneq; uenissent. instru-
 it pompam. in qua iuppiter cum coeteris dīs ante currum
 triumphantis dicitur catenatus. Eleganter id quidem a poe-
 ta figuratum. s; tñ non multum distat a uero. Qui eī uirtu-
 tis ē expers. qui cupiditate ac libidinibus malis uincitur. nō
 cupidini. ut ille finxit. s; morti ē subiectus ē sempiternae.
 Sed omittamus de moribus dicere. rem consideremus. ut intelli-
 gant hoīes in quibus miseri uersantur erroribus. Regnare ī
 caelo iouem uulgus existimat. id doctis pariter & indoctis
 psuasum ē. quod & religio ipsa. & precatōnes. & hymni. &
 delubra. & simulachra demonstrant. Eundem tñ Saturno &
 rhea genitum confitentur. Quomodo pot deus uideri. aut ut



hinc Petrarca



aut poeta. hominum rerq; rector. ante cuius ortum infinita
hominum milia fuerunt. eorū scilicet qui saturno regnante
uixerunt. & priores luce q̄ iuppiter sunt potiti. Video ali-
um deum regem fuisse primis temporibus. alium consequētib?
Pot̄ ergo fieri ut alius sit postea futurus. Si ei prius regnū
mutatum ē cur desperemus. etiam posterius posse mutari. nisi
forte saturnus generare potuit fortiorem. iuppiter nō pot̄.
Atq; diuinum imperium aut semp̄ inmutabile ē. aut si est
mutabile. quod fieri non pot̄. semper utiq; mutabile ē. Pot̄
ergo iuppiter regnum amittere. sicut pater eius amisit. ita
plane. Nam cum idem neq; uirginibus. neq; maritatis unq; de-
pisset. abstinuit se tñ una thetide. quod rñsum fuit maiore
pre suo futurum. quisquis ex illa natus eet. & primū pra-
dentia in eo non dei. cui nisi thetis futura dixisset. ipse ne-
sciret. Si autem diuinus non sit. ne deus quidem sit. unde
ipsa diuinitas noiatur. ut ab hoīe humanitas. deinde conscia
entia imbecillitatis. qui timuit utiq; maiorem. Quod qui facit.
scit p̄fecto non ee se maximum. quandoquidem pot̄ aliquid
maius existere. Idem per stagiam paludem sanctissime iurat. vñ sup̄statio
Quae sup̄statio ē. aut a quo reddita ē. ergo aliqua potestas sup̄is quae
maxima ē. quae peierantes deos puniat. Quae tanta forti reddita diu-
tudo ē paludis infernae. si sunt imortales. quid metuūt ea
quam uisuri non sunt. nisi quos mori necē est. Quid igitur
hōies oculos suos in caelum tollunt. quid per superos deierat
cum ipsi sup̄i ad inferos deuoluantur. ibiq; hēant quod uene-
rentur & adorent. Illud uō quale ē. ee fata. quibus dū om̄s
& ipse iuppiter pareat. si parcaz tanta uis ē. ut plus possit.
q̄ caelestes uniuersi. q̄q; ipse rector ac dominus. cur non ille
potius regnare dicantur. quaz legibus & statutis parere om̄s
deos necessitas cogit. nunc cui dubium ē. quin is qui alicui rei
obsequitur. maximus non sit. nam si sit. non accipiat fata.
sed faciat. Nunc ad illud quod omiseram redeo. In una itaq;
sola fuit continentior. cum eam deperiret. non uirtute aliqua.
sed metu successoris. Quae formido utiq; eius ē qui sit mortal



14
& imbecillis. & nihili quippe qui potuit. & tunc cum nasceret.
extingui. sicut frater eius antegenitus extinctus ē. Qui si ui-
uere potuisset. nūq̄ minori concessisset imperium. ipse autem
furto seruatus furtiq; nutritus ΖΕΥΣ sive ΖΗΝ. appellatus ē.
non ut isti putant a feruore caelestis ignis. uel quod uitae sit
dator. & animantibus inspiret animas. quae uirtus solus dei
ē. Quam ei possit inspirare animam. qui ipse accepit aliunde.
Sed quod primus ex liberis saturni maribus uixerit. Potuerūt
igitur hoīes alium deum hēre rectorem. si saturnus nō fuisset
ab uxore delusus. At ei poetae ista finxerunt. errat quisq; Poetae.
hoc putat. Illi ei de hominibus loquebantur. sed ut eos orna-
rent. quorū memoriam laudibus concelebrabant. deos eē di-
xerunt. Itaq; illa potius ficta sunt. quae tanq̄ de diis. non
illa quae tanq̄ de hominibus sunt locuti. quod clarum fiet
exemplo quod inferemus. Danaen uiolaturus. aureos nūmos
larguer in sinū eius infudit. haec stupri merces fuit. At
poetae qui q̄ de deo loquebantur. ne auctoritatem creditae
maiestatis infringere. finxerunt ipsum in aureo umbre de-
lapsum. eadem figura qua umbres ferreos dicunt. cum multi-
tudinem telorū sagittarūq; describunt. Rapiuisse dicitur in
aquila catamitum. poeticus color ē. sed aut per legionem ra-
puit. cuius insigne aquila ē. aut nauis in qua ē impositus.
intelam hūit in aquila figuratam. sicut taurum cum rapuit.
& transuexit europam. Eodem modo conuertisse in bouem
tra. io. machi filiam. Quae ut iram Junonis effugeret ut
erat iam sexis obsita iam bos tranasse dicitur mare. in aegyp-
tūq; uenisse. atq; ibi recepta pristina specie dea facta. quae
nunc isis uocatur. Quo igitur argumento probari pot. nec
europam in tauro sedisse. nec io bouem factam. quod certū
dies hētur in fastis. quo isidis nauigium celebratur. Quae
res docet. non tranasse illam. s; nauigasse. Igitur q; sapere
sibi uidentur. qz intelligunt uiuum terrenūq; corpus ī caelo
eē non posse. totam ganymedeam fabulam pro falso repudi-
ant. nec sentiunt in terra id eē factum. quia res ac libido ipa



damnen

terrena e. Non ergo res ipsas gestas finxerunt poetae. Quod si facerent. eēt uanissimi. sed rebus gestis addiderunt quendam colorem. Non. n. obtrectantes illa dicebant. sed ornare cupientes. hinc homines decipiuntur. maxime quod dum haec omnia ficta eēt a poetis arbitrantur. colunt quod ignorant. Nesciunt eī qui sit poeticae licentiae modus. quousq; p̄gredi fingendo liceat. cū officium poetae in eo sit. ut ea quae uere gesta sunt. in alias spes obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa traducant. Totum autem quod referas fingere id est ineptum eēt & mendace potius q̄ poetam. Sed finxerunt ista quae fabulosa creduntur. Num etiam illa quae de deus feminisq; deoz̄ coniugibus dicta sunt. cur igitur sic figurantur. sic coluntur. nisi forte non tm̄ poetae. sed pictores etiam fictoresq; imaginum mentuntur. Si eī hic e iuppiter qui a nobis dicitur deus. non is e qui ex Saturno & ope natus e. non oportuit nisi solus simulachrum in templis omnibus collocari. quid sibi mulierz̄ effigies uoluit. quid sexus infirmus. in quem si cecidit hic iuppiter. eū uere ipsi lapides hominem fatebuntur. Mentitos eēt poetas aiunt. & his tm̄ credunt. imo uō non eēt mentitos re ipsa probant. Ita eī deoz̄ simulachra confingunt. ut ex ipsa diuersitate sex⁹ appareat uera eēt quae dicunt poetae. Nam quod aliud argumentum hēt imago catamiti & effigies aquilae. cum ante pedes iouis ponuntur in templis. & cum ipso pariter adorant. nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat i aeternū. Non igitur a poetis totum fictum e. aliquid fortasse traditū. & obliqua figuratione obscuratum. quo ueritas inuoluta tegetur. sicut illud de sortitione regnoz̄. Aiunt eī ioui caelū obugisse. neptuno mare. inferna plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam uenit. nisi quod in terrā gesta res e. Ergo illud in uero e. quod regnum orbis ita partiti sortitiq; sunt. ut orientis imperium ioui cederet. plutoni cui cognomen agefilao fuit. pars occidentis obtingeret. eo quod plaga orientis ex q̄ lux mortalibus datur. superior. occidentis autē inferior esse uideatur. Sic ueritatem mendacio uelauerunt. ut ueritas ipsa

+
e pompet

psuasione publicae nihil derogaret. De neptum sorte manife-
 stum e. cuius regnum tale fuisse dicimus. quale. M. antonu
 fuit infinitum illud imperium. cui totius orae maritimae pote-
 statem senatus decreuerat. ut praedones psequeretur. ac mare
 omne pacaret. sic neptuno maritima omnia cum insulis obue-
 nerunt. Quomodo id pbari pot. nimirum ueteres historiae
 docent. antiquus auctor euhemerus. qui fuit ex ciuitate messe-
 na. res gestas iouis & coeteroz qui du putantur collegit hi-
 storiq; contexiuit ex titulis & inscriptionibus sacris. quae in
 antiquissimis templis hebantur. maximeq; in fano iouis triphy-
 li. ubi auream columnam positam ee ab ipso ioue titulus indica-
 bat. In qua columna sua gesta pscriptit. ut monumentum po-
 steris eet rez suarum. Hanc historiam & interpretatus e En-
 nius & secutus. cuius haec uerba sunt. Vbi iuppiter neptuo
 imperium dat maris. ut insulis omnibus & quae loca eent
 secundum mare omnibus regnaret. Vera sunt ergo quae lo-
 quuntur poetae. sed obtentu aliquo specieq; uelata. Potest &
 mons olympus figuram poetis dedisse. ut iouem dicerent caeli
 regnum ee sortitum. Quod olympus ambiguum nomen e &
 montis & caeli. In olympo autem iouem habitasse docet eadem
 historia quae dicit. Ea tempestate iuppiter in monte olympo
 maximam partem uitae colebat. & eo ad eum in ius ueniebat.
 si quae res in controuersia erant. Item si quis quid noui inue-
 nerat. quod ad uitam humanam utile eet. eo ueniebant atq;
 ioui ostendebant. Multa in hunc modum poete transferunt.
 non ut in deos mentiantur. quos colunt. sed ut figuris uersi-
 coloribus uenustatem ac leporem carminibus suis addant. Qui
 autem non intelligunt. quomodo aut quare. quidq; figuretur.
 poetas uelut mendaces. & sacrilegos insequuntur. hoc errore
 decepti etiam philosophi. quod ea quae de ioue feruntur mi-
 nime conuenire in deum uidebantur. duos ioues fecerunt. unu
 nalem. & alterum fabulosum. Viderunt ex parte quod erat
 uerum. eum scilicet de quo poetae loquuntur homine fuisse.
 In illo autem nali ioue. uulgaris consuetudine religionis iducti



P poetis

errauerunt. quod in deum nomen hominis transtulerunt. Quod
ut supra diximus. quod solus est non indiget nomine. Iouem autem
illum esse qui sit ex ope saturnoque natus negari non potest. Va-
na igitur persuasio est eorum. qui nomen iouis summo deo tribuunt.
Solent enim quidam errores suos hac excusatione defendere. Quod
conuicti de uno deo. cum id negare non possunt. ipsum se co-
lere affirmant. Verum hoc sibi placere ut iuppiter noveretur.
Quo quid absurdius? Iuppiter enim sine contubernio coniugis
filiaeque coli non solet. unde qui sit apparet. nec fas est id nomen
eo transferri. ubi nec minerva est ulla nec iuno. Quid quod
huius nominis proprietates non diuinam vim exprimit. sed huma-
nam? Iouem enim iunoneque a iuuando esse dictos Cicero in-
terpretatur. & iuppiter quod iuuans pater dicitur. quod nomen
in deum minime congruit. quia iuuare homines est opis aliquid
conferentis in eum qui sit alienus. & exigui beneficii. Nemo
sic deum precatur. ut se adiuuet. sed ut seruet. ut vitam sa-
luteque tribuat. quod multo plus ac maius est quam iuuare. Et
quoniam de patre loquimur. nullus pater dicitur filios iuuare.
cum eos generat. aut educat. Illud enim leuius est. quam ut eo uer-
bo magnitudo patris beneficii exprimat. Quanto id magis
inconueniens est deo. qui uerus est pater. per quem sumus. &
cuius totum sumus. a quo fingimur. animamur. illuminamur.
qui nobis vitam impertit. salutem tribuit. uictum multiplice
subministrat. Non intelligit beneficia diuina. qui se iuuari
tantummodo a deo putat. Ergo non imperitus modo. sed et
impius est. qui nomine iouis uirtutem summam potestatis
imminuit. Quare si iouem & ex rebus gestis & ex moribus
hominem fuisse. in terraque regnasse deprehendimus. superest
ut mortem quoque eius inuestigemus. Ennius in sacra historia
descriptus omnibus quae in uita sua gessit. ad ultimum sic ait.
Deum iuppiter postquam quinque terras circiuit. omnibusque
amicis atque cognatis suis impia diuisit. reliquitque hominibus leges.
mores. frumentaque parauit. multaque alia bona fecit. immortalis
gloria memoriaque affectus sempiterna monumenta suis reliquit.

aetate psummata in creta uitam comutauit. & ad deos abiit.
 eūq; curetes filii sui curauerūt. decorauerūtq; eū. & sepulchrū
 eius ē in creta. in oppido enosso. & dicitur uesta hanc urbem
 creauisse in quo sepulchro eius ē inscriptum antiquis lris
 graecis. ΖΗΝΔ ΚΡΟΝΩ̄ idem latine iuppiter saturni. Hoc
 certe non poetae tradunt. sed antiquarū rerū scriptores. quae
 adeo uera sunt. ut ea sibyllinis uersibus confirmantur. qui
 sunt tales. Δαίμονας ἀψύχους νεκρῶν εἶδω
 λακκαμόντων, ὧν κρήτη καύχνηματα φουσ ἡδύς
 μορος ἐζει, Cicero de deorū nā cum tres ioues a theolo
 gis enumerari diceret. ait tertium fuisse cretensem saturni
 filium. cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Quomō
 igitur pot̄ alibi deus ēē uiuus. alibi mortuus. alibi hēre tem
 plūm. alibi sepulchrum. Sciant ergo romani capitolum
 suum. idest summum caput religionum publicarū nihil ēē ali
 ud q̄ inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem q̄
 ante regnauit. & qui fortasse plus hēbat in se quod ex cortu
 tantorū elementorū genitus ēē dicitur. uideamus quid in eo
 fuerit deo dignum. In primis illud quod aureum saeculū nar
 ratur hūisse. quod iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliq̄
 in eo quod in eius filio non fuit. Quid ei tam conueniens deo
 q̄ iustum regnum. ac piūm saeculum. Sed cum eadem ratio
 ne natum ēē cogito. non possum putare deum summum. qd̄
 uideam ēē aliquid antiquius. caelum scilicet atq; terram. At
 ego deum quaero. ultra quem nihil ē omnino. qui fons &
 origo sit rerū. hic sit necē ē qui caelum ipsum condidit. ter
 ramq; fundauit. Saturnus autem si ex his natus ē ut pu
 tatur. quēadmodum pot̄ deus ēē principalis. qui alius ortū
 suum debet. aut quis praefuit mundo priusq̄ saturnus gi
 gneretur. sed hoc poeticum ē ut dicebam ante figmentum.
 Nec ei fieri poterat. ut elementa insensibilia tantoq; inter
 uallo separata in unum coirent. ac filium procrearent. aut
 is qui natus ēet non potissimum genitoribus similis existe
 ret. sed eam formam gereret quam parentes sui nō hēbat.

Demones inanimēs: cada
 ueꝝ simulacra mortuorū:
 Quorū sepulchra prae se
 fert Creta male pitura.



Quaeramus ergo quid ueritatis sub hac figura lateat. Minu-
tus felix in eo libro qui octauus inscribitur. sic argumentatus est.
saturnum cum fugatus esset a filio. in italiaque uenisset caeli fili-
um dictum. quod soleamus eos quorum uirtutem miremur. ad
eos qui repentine aduenerint. de caelo cecidisse dicere. Terre
aut quod ignotis parentibus natos terre filios noiemus. Sunt haec
quae similia ueri. non tamen uera. quia constat et tunc cum regnasset
ita esse habitum. Potuit sic argumentari. saturnum cum potentissi-
mus rex esset ad retinendam parentum suorum memoriam. nomina
eorum caelo terraeque indidisse. cum haec prius aliis uocabulis
appellarentur. Qua ratione et montibus et fluminibus nomina
scimus imposita. Neque enim cum dicunt poetae de progenie
athlantis aut inachi fluminis. id potissimum dicunt homines
ex rebus sensu carentibus potuisse gnari. sed eos utique significat
qui nati sunt ex his hominibus qui uel uini uel mortui nomina
montibus aut fluminibus indiderunt. Nam id apud ueteres
maximeque graecos fuit usitatum. sic maria eorum traxisse no-
men accepimus qui deciderant in ea. ut egeum. icarium. helle-
sponsum. et in latia auentinus uocabulum monti dedit. in quo se-
pultus est tiberinus uel tibris anni quo mersus est. Non ergo
mirandum si nomina eorum caelo terraeque attributa essent. quae reges
genuerat potentissimos. Apparet ergo non ex caelo natum esse.
quod fieri non potest. sed ex eo homine cui nomen urano fuit. quod
esse uerum trismegistus auctor est. qui cum diceret admodum paucos
existasse in quibus esset perfecta doctrina. in his uranum. saturnum.
mercurium nominauit cognatos suos. haec ille quia ignorauit. alio
traduxit historiam. qui quomodo argumentari potuerit osten-
di. nunc dicam quomodo. ubi. a quo sit hoc factum. Non enim
saturnus hoc sed iuppiter fecit. In sacra historia sic Ennius tradit.
Deum paneum deducit in montem qui uocatur caeli stella. Postquam
eo ascendit. contemplatus est late terras. ibique in eo monte aram
creat caelo. primusque in ea ara iuppiter sacrificauit. in eo loco
suscepit in caelum. quod nunc nos nominauit. idque quod supra
mundum erat. quod aether uocabatur de sui aui nomine. caelo

nomen indidit. idq; iuppiter quod aether uocatur. prim' caelu
 noiauit. terraeq; hostiam quam ibi sacrauit. totam adoleuit. t
 Nec hic tantum sacrificasse iuppiter inuenitur. Caesar q; in
 arato refert aglaosthenem dicere iouem cum ex insula naxo
 aduersus titanas pficisceretur & sacrificium faceret i litore.
 aquilam ei in auspiciu aduolasse. quam uictor bono omine
 acceptam. tutelae suae subiugarit. Sacra uo historia etiam
 ante consedisse illi aquilam in capite. atq; ei regnu portendis
 se testatur. Cui ergo sacrificare iuppiter potuit. nisi caelo
 auo. quem dicit euhemerus in oceania mortuum & i oppi
 do aulacia sepultum. Qm reuelauimus mysteria poetar.
 ac saturni parentes inuenimus. ad uirtutes ei & facta rede
 amus. Iustus in regno fuit. primum ex hoc ipso iam deus no
 e. quod fuit. demq; quod ne iustus quidem fuit. sed impius.
 non in filios quos necauit. ueruetiam in patrem cui dicitur
 absidisse genitalia. Quod forsitan uere acciderit. s; hnes re
 spectu elementi quod dicitur caelum totam fabulam explodit.
 tanq ineptissime fictam. Quam tn stonci ut solent ad ratios
 physicam conantur traducere. Quoz sniam cicero de na
 deoz differens posuit. Caelestem inquit altissimam aetherea
 q; nam. idest igneam quae per sese oia gigneret. uocare uolu
 erunt ea parte corporis quae conuinctione alterius egeret ad
 pcreandum. Quae ratio in uestam potuit conuenire. si mas
 diceretur. Idcirco ei uirginem putant uestam. qz ignis uiuo
 labile sit elementum. nihilq; nasci posse ex eo. quippe q oia
 quae arripuerit absumat. Ouidius in fastis. Nec tu aliud
 uestam q uiuam intellige flammam. Nataq; de flama cor
 pora nulla uides. Iure igitur uirgo e. quae semina nulla re
 mittit. Nec capit. & comites uirginitatis amat. Vulcano
 quoq; id potuit ascribi. q quid putatur ignis. & tn eu poete
 non absiderunt. Potuit & soli. in quo e na & ca gignentiu.
 Nam sine solis igneo calore neq; nasci quicq. neq; augeri pot.
 ut nulli alii elemento magis ^{lit} magis opus genitalibus q calori.
 cuius foetu concipiuntur. nascuntur. sustentantur oia. Postremo



etiam si ita sit ut uolunt. qui magis abscissum caelo putemus: q̄
 omnino sine genitalibus natum. Nam si p̄ se gignit non indi-
 gebat utiq; genitalibus. cum saturnum ipsum procrearet. Si
 uō hūit & a filio abscisa sunt. ortus reꝝ & nā oīs interis&.
 Quid quod ipsi saturno non diuinū in sensum. s; humanum q̄
 aduunt. cum affirmant eum eē saturnum. qui cursum &
 conuersionem spatiorū ac temporū continet. eūq; graece id
 ipsum nomen hēre κρονος enim dicitur qui ē idē χρονος
 idest spatium t̄poris. Saturnus autē ē appellatus quod satire-
 tur annis. Haec Ciceronis uerba sunt exponētis sententiā
 storcorū. Quae q̄ uana sit. cuius intelligere promptissimū ē.
 Si ei saturnus caeli ē filius. quomodo potuit aut tempus e
 caelo gigni. aut caelum a tempore abscondi. aut postea tempus
 imperio spoliari a filio ioue. aut quomodo iuppiter natus ex
 tempore ē. aut quibus annis saturari possit aeternitas cui
 nullus ē finis. Si ergo uanae sunt istae rationes p̄horum.
 quid superest nisi ut uere factum eē credamus idest hoīem
 ab hoīe abscissum. nisi forte aliquis existimat deum fuisse
 qui timuit coheredem. cum si quid diuinitatis hūisset non
 pris genitalia debuerit amputare. sed p̄pria ne iuppiter
 nasceretur. qui eum regni possessione priuauit. Idem
 sororem suam rheam. quam latine opem dicimus. cū hēre
 uxorem. r̄nso uentus eē dicitur mares liberos educare. q̄d
 futurum eēt ut a filio pelleretur. quam rem metuens notos
 sibi filios. non utiq; deuorabat. ut ferunt fabulae. sed ne-
 cabat. q̄q̄ scriptum sit in historia sacra. saturnū & ope.
 coeterosq; tunc hoīes humanam carnem solitos esitare. Ve-
 rum primum iouem leges hominibus. moresq; condente
 edicto p̄hibuisse. ne liceret eo cibo uesci. Quod si uerū ē.
 quae pot in eo fuisse iustitia. Ops at̄ cum ioue pepis&.
 subtraxit infantem. eūq; nutriendum furtim misit i creta.
 rursum imprudentiam reprehendam necesse ē. Cur ei r̄nsu
 ab alio potius accepit. cur in caelo constitutus. i terra non
 uidebat. cur eum combantes cimballis fefellerunt. Postremo

Sed fidum sane putemus
 Saturnum filios deuorari
 se modo cū aliqua rane.
 Nū idcirco qd̄ ait uulgus
 comedisse filios suos cū
 qui extulerit sepultu-
 re q; madauerit

cur extitit uis aliqua maior quae illius uinceret potatem. nam
 mirum senex a uiuene facile uictus e. ac spoliatus impio. Fu
 git igitur expulsus & in italia nauigio uenit. cum errasset
 ouu sicut Ouidius in fastoz libris refert. Causa raris supest.
 in scum rate uenit ad amnein. Ante perrato falcafer orbe as.
 hunc errantem atq; inopem ianus excepit. cuius rei argu
 menta sunt numa ueteres. in quibus e cum duplici fronte
 ianus & in altera parte nauis. sicut idem poeta subiecit. At
 bona posteritas pappim formauit in aere. Hospitis aduetu
 testificata dei. Omnes ergo non tm poetae. sed historiaz
 q; ac rez antiquoz scriptores hoem fuisse consentiunt.
 qui res eius in italia gestas memoriae prodiderunt. Graeci
 Diodorus. & Thallus. latin nepos & Cassius & Varro. Na
 cum agresti quodam more in italia uineretur. Is gen' indocile
 ac dispersum montibus altis Composuit. legesq; dedit. lati
 uq; uocari Maluit. his qm latuisset titus in doris. Censet
 ne aliquis deum ee qui pulsus e. qui fugit. qui latuit. nemo
 tam stultus e. Qui ei fugit aut latet. & uim & mortem
 uineat nece e. Orpheus quia temporinus ei fuit recentior
 apte saturnum in terra & apud hoies regnasse comemoruit
 πρῶτος τοῦ μὲν ἀναζεν ἐπιχρονίαν κρόνος ἀνδρῶν,
 ἔκδὲ κρόνου γενετάρτος ἀναζνεῖται ἐξ ὑποτάξεως.
 Item in Maro aureus hanc uitam in terris saturnus agebat.
 & alio loco. Aurea quae perhibent illo sub rege fuere. Secta
 sic placida populos in pace regebat. Neq; superius dixit in
 caelo egisse uitam. neq; inferius supos in pace rexisse. Vnde
 apparet illum regem fuisse terrenum. quod alibi apti decla
 rat. Aurea coaet. Secula. qui rursus latio regnata p arua
 Saturno quondam. Ennius qd in euhemero non primu
 dicit regnasse saturnum. sed uranum p rem. satio inqt
 primus i terris impium summum caelus hnt. Is id regnu
 una cum fratribus suis instituit atq; parauit. No magna
 dissensio. siqd maximoz auctoz de filio ac patre dubi
 tatio e. Sed tm utruq; fieri pot. ut & primus vran' emine

DIODORVS



Prim' d' regnauit i terra
 saturn' uiroz ex sat'no
 at genit' ipse rex mago
 oia p'spectant iupiter.

eratam. Hac scilicet ratione romani caesares suos consecraue-
runt. & mauri suos reges. Sic paulatim religiones eē coe-
perunt. dum illi primi qui eos nouerant. eo ritu suos liberos
ac nepotes. dein om̄s posteros imbuerunt. & h̄ t̄n summi
reges ob celebritatem nōis ī prouintiis omnibus colebantur.
Privati uō singuli ppti gentis aut urbis suae conditores. seu
uiri fortitudine insignes erant. seu feminae castitate mira-
biles. summa ueneratione coluerunt. ut aegyptius isidem.
mauri iubam. macedones cabirum. peni uranum. latini fa-
unum. sabini sanctum. romani quirinum. eodem utiq; in
athenae muneruam. samos unonem. paphos uenerem. Lem-
nos uulcanum. liberum naxos. apollinem delphos. Sic per
pptos atq; regiones uaria sacra suscepta sunt. dum grati hoies
eē in suos principes cupiunt. & quod alios honores uita ca-
rentibus deferant. inuenire non possunt. Praeterea pietas
eorū q̄ successerant. plurimum contulit ad errorem. q̄ ut di-
uina stirpe nati uiderentur diuinos honores parentibus de-
tulerunt. deferriq; iusserunt. An pot̄ aliquis dubitare. q̄
modo deorū religiones sunt institutae. cum apud maronē
legat aeneae uerba sotiis impantis. Nunc pateras libate
ioui. precibusq; uocate Anchisen genitorem. cui non t̄n
imortalitatem. uer̄ etiam uentorū tribuit pot̄atem. Poscam̄
uentos atq; haec me sacra quotannis. Vrbe uelit posita te-
plis sibi ferre dicatis. Idem scilicet de ioue. Liber & pan-
& mercurius & apollo fecerunt. ac postea de his ipsis succes-
sores eorū. Accesserunt et̄ poetae. & compositis ad uolup-
tatem carminibus in caelum eos sustulerunt. sicut faciunt
qui apud reges etiam malos panegyricis mendacibus adula-
tur. Quod malum a graecis ortum ē. quorū leuitas instruc-
ta dicendi facultate & copia. incredibile ē quantas men-
dacioꝝ nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & suscepe-
runt primi sacra illoꝝ. & uniuersis gentibus tradiderunt.
Ob hanc uanitatem sibylla sic eos increpat. Ἐλασδὴν τὶ πέ-
ποιβας, ἔπ' ἀνδράσ' εἰνήγεμόνας. πρὸς τὶ δέλωρα

μάταια καταφθιμένοις ἀνατίβης, βύεις εἰδωλοῖς,
 τίς σοὶ ἐν νῶϊ πλάνην ἔβαλεν ὥστε τὰ δεποιεῖν, μετα-
 χου βεῶν προσώπου ἀπολελειμμένον. Marcus tullius
 non tam perfectus orator. sed et p̄hs fuit. siquē solus exiit
 platonis imitator. in eo libro quo seipsum de morte filiae
 consolatus ē. non dubitavit dicere deos q̄ publice colerent
 hoīes fuisse. quod ipsius testimonium eo debet gravissimu
 iudicari. quod & auguriale hūit sacerdotium. & eosdem
 se colere venerariq; testatur. itaq; intra paucos versiculos
 duas res nobis cedit. Nam dum imaginem filiae eodem
 se modo consecraturum ēē p̄fiteretur. quo illi a veteribus
 fuit consecrati. & illos mortuos ēē docuit. & origine me
 sup̄stitionis ondit. Cum uō inqt & mares & feminas co
 plures ex hominibus in deorū nūō ēē uideamus. & eorū
 in urbibus atq; agris augustissima delubra ueneremur. as
 sentiamur eorū sapientiae quorū ingenus & iuuentis om
 nem uitam legibus & institutis excultam constitutaq; hēm?
 Quod si ullum unq; animal consecrandum fuit. illud pro
 fecto fuit. Sed scadimi progenies. aut amontryonis. aut
 tyndari in caelum tollenda fama fuit. hūic idem honos
 certe dicandus ē. quod qd̄ faciam. teq; omnium optimam.
 doctissimaq; approbantibus diis imortabilibus ipsis in eorū
 coetu locatam. ad opinionem omnium mortalium conse
 crabo. Fortasse dicat aliquis prae nimio luctu delirasse
 ciceronem. An quia illa oīs oratio & doctrina. & exem
 plis & ipso loquendi ḡne p̄fecta. non egri. sed constans
 aī ac iudiciū fuit. & haec ipsa sn̄ia nullum praefert i
 acium doloris. Neq; ei puto illum tam uarie. tam copi
 ose. tam ornate scribere potuisse. nisi luctū ei & ratio
 ipsa. & consolatio amicorū. & longitudo t̄pris mitigass&
 Quid qd̄ idem dicit i libris de re. p. idem de gl̄ia. nam de
 legibus. quo i ope platone secutus. leges uoluit ponere.
 q̄bus putaret usuram ēē iustam & sapientem ciuitatem.
 De religione ita sanxit. diuos & eos qui caelestes semp

Graecia q̄ confidit i uiris ēē
 rectores. & cur inania do
 na mortuis affers. hosti
 as idolis celebras. Quis
 tibi errore i mentem
 posuit. ut haec faci
 as derelicta dei
 magni facie.



hū sunt colunt. & illos quos in caelo merita locauerunt.
hercule. liberum. aesculapium. castorem. pollucem. grinu.
Item in tusculano cum diceret totum pene caelum humano
gñe completum. Si uō inqt scrutari uetera. & ex illis ea q̄
scriptores graeciae prodiderunt. eruere coner. ipsi illi ma
iorū gentium dū qui hēntur hinc nobis profecti in caelum
repiuntur. Quare qm̄ demonstrantur sepulchra in graecia.
remunscere quoniam es initiatus quae tradant sepulchra
mysteris. Tum deniq; q̄ hoc late pateat intelliges. Testat̄
ē uidelicet attici conscientiam ex ipsis mysteris intelligi
posse. quod om̄s illi hoies fuerint q̄ coluntur. & cum de
hercule. libero. aesculapio. castore. polluce incunstanter
fateretur. de apolline ac ioue patribus eorū. item de nep
tuno. uulcano. marte. mercurio. quos maiorū gentiū deos
appellauit. Timuit aperte confiteri. & idcirco ait. late
hoc patere. ut idem de ioue. coeterisq; antiquioribus diis in
telligamus. quorū memoriam si eadem rōe ueteres consecra
uerunt. qua se imaginem nomeq; filiae consecraturum eē
dicit. Ignosca moerentibus pot. credentibus non pot. Quis
ē tam demens. qui consensu & placito inuābilium stultorū
aperi caelum mortuis arbitretur. aut aliquem quod ipse
non hēat dare alteri posse. Apud romanos deus iulius.
quia hoc scelerato hōi placuit antonio. deus quirinus. q̄
hoc pastoribus uisum ē. cum alter gemini fr̄s exiterit. al
ter patriae paricida. Quod si consul non fuisset antonius.
C. caesar pro suis in rem. p. meritis etiam defuncti homis
honore caruisset. & quidem consilio pisonis soceri. & L.
caesaris propinqui. qui uetabant funus fieri. & dolobellae
consulis. qui columnam in foro. idest titulum eius euertit. ac
forum expiauit. Nam romulum desyderio suis fuisse decla
rat ennius apud quem p̄p̄s amissum regem dolens haec lo
quitur. O romule romule dic qualem te patriae custodem
dū genuerunt. Tu produxisti nos intra luminis oras. O p̄
o genitor patriae. o sanguine diis orundum. Ob hoc desyderiū



70
facilius creditum ē uirho pculo mentienti. qui subornatus a p̄rib'
ē. ut nuntiaret plebi uidisse se regem humano hitu augustio
rem. eūq; mandasse ad populum ut sibi delubrum fieret. se
deum ēē. & q̄rinum uocari. quo facto & ipsi p̄pto psuasit ro
mulum ad deos abisse. & senatum suspitione cedis regiae libe
rauit. Poteram his quae retuli ēē contentus. sed sup̄sūt adhuc
multa suscepto operi necia. Nam q̄uis ipso religionū capite
destructo. uniuersa sustulerim. libet t̄n p̄sequi coetera. & re
darguere plenius inueteratam psuasionem. ut tandē hoies
suoz̄ pudeat ac poeniteat erroz̄. Magnum hoc opus &
hoie dignum. religionum aīos nodis exoluere p̄go. ut ait
Lucretius. qui q̄d hoc efficere non poterat. q̄ nihil ueri af
ferebat. Nostrum ē hoc officium. q̄ & uerum deum asseri
mus. & falsos refutamus. Illi ergo q̄ poetas finxisse d̄ dus
fabulas opinantur. deas feminas & ēē credunt & colunt.
reuoluuntur imprudentes ad id quod negauerant. corre illos
ac parere. Nec. n. fieri p̄ot. quin duo sexus gn̄andi causa
sint instituti. recepta uō sexuum diuersitate. nō intelligūt
consequens ēē ut concipiant. Quod in deum cadere nō p̄ot.
Sed ut isti putant. nam & iouis ēē filios dicunt. & coete
roz̄ deoz̄. nascuntur ergo & quotidie q̄d dū noui. Nec
ei uincuntur ab hoib' foecunditate. Igitur deoz̄ inuābilū
plena sunt oīa. nullo scilicet moriente. Nam cum hominū
uis incredibilis nū̄s sit inestābilis. quos t̄n sicuti nascunt̄.
mori necē ē. q̄d deoz̄ ēē tandem putemus. q̄ tot seculis na
ti sunt. imortalesq; manserunt. Cur ergo tam pauci coluntur.
nisi forte arbitramur. non gn̄andi cā. sed tantūmodo capien
dae uoluptatis duos ēē sexus deoz̄. & ea exercere quae ho
munculos & facere & pati pudet. Cum uō dicantur aliqui
ex aliquibus nati. consequens ē ut semp nascantur. si quidem
aliqui sunt nati. uel si aliqui nasci desierunt. scire nos conuēit
cur aut quando nasci desierint. Non inlepide Seneca i libris
moralis philosophiae. Quid ergo ē inqt. quare apud poetas
salacissimus iuppiter desierit liberos tollere. utrū sexagenari



factus ē. & illi lex papia fabulam imposuit. an impauit ius
trium liberorum. an tandem illi uent in mentem ab alio ex
pettes. alteri quod feceris. & timet ne quod sibi faciat. quod ipse
satis. At isti qui deos asserunt. uideant quomodo respondeat huic
argumento quod inferem. Si duo sunt sexus deorum. sequitur
concubitus. Si coeant & domos habeant necesse est. Nec ei caret
uirtute ac pudore. ut hoc promiscue. aut in propatulo faciat.
sicut muta facere uidemus animalia. Si domos habeant. conse
quens est ut & urbes habeant. & quod auctore nasone qui ait. Plebs
habet diuersa locis. hac fronte potentes Caebicolae. clarique
suos posuere penates. Si habeant urbes & agros igitur habent.
satis quod non uideat quae sequantur. arare illos & colere.
quod uictus causa fit. Ergo mortales sunt. quod argumentum
retrouersum idem ualeat. Si ei agros non habeant. ne urbes quod.
Si urbes non. ne domos quod. Si domibus carent. ergo & con
cubitu. Si concubitus ab his abest. & sexus igitur femini
nus. In diis autem uidemus & feminas esse. ergo dii non sunt.
Dissoluat hoc argumentum si quis potest. Ita enim res rem sequitur.
ut haec ultima necesse sit confiteri. Sed ne illud quod dissol
uet aliquis. Ex duobus sexibus. alter fortior est. alter infirmior.
Robustiores enim mares sunt. feminae imbecilliores. imbecil
litas autem non cadit in deum. Ergo nec femineus sexus. Huic
additur superioris argumenti extrema illa conclusio. ut dii
non sint. quoniam in diis & feminae sunt. Ob has rationes Stoici
alio uersus deos interpretantur. & quod non prouident quod sit in ue
ro. conantur eos cum rerum naturalium ratione coniungere. quos Cicero
secutus de diis ac religionibus eorum hanc sententiam tulit. Vide
tisne igitur ut a physicis rebus bene atque utiliter inuentis
tracta ratio est ad comertuos & fictos deos. quae res genu
it falsas opiniones errorefque turbulentos. & superstitiones pe
ne annales. Et formae enim nobis deorum. & aetates. & uestitus
ornatusque noti sunt. Genera praeterea. conuugia. cognationes
omnes. omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humane.
Quid plam. quid uerius dici potest. Romanae philosophiae

12
princeps. & amplissimo sacerdotio praeditus commentos ac
fictos deos redarguit. quorum cultus superstitiones penè amiles
eē testatur. falsis opinionibus erroribusq; turbulentis impli-
catos eē hōies queritur. Nam totus liber tertius de nata
deorum omnes funditus religiones euerit. ac delet. Quid
ergo a nobis expectatur ampli? nū eloquentia superare possim?
ciceronem? Minime id quod. sed fiducia illi defuit ignorantia
ueritatem. quod ipse simpliciter in eodem opē confitetur. Aut
ei facili? posse se dicere quod non sit. quod quod sit. hoc eē falsa se
intelligere. uera nescire. Clarū ē igitur hōies fuisse illos
quod diū putantur. & eorum memoriam post mortē consecratā.
Ideo & aetates diuersae sunt. & certe imagines singulorum.
quod in eo hōie & aetate singulorum simulacra configurata
sunt. in qua quaeq; mors deprehendit. Consideremus si pia-
cet erumnas infelicium deorum. Isis filium uoluit. Ceres filiam
expulsam. & per orbem terrae iactatam. Latona uix insulam
paruiam. in qua pareret inuenit. deum mater & amant
formosum adolescentem. & eundem cū pellice deprehensū.
exectis uiribus semiuirum reddidit. & ideo nunc sacra
ei a gallis sacerdotibus celebrantur. Iuno pelices acerrime
psecuta ē. quia parere non potuit ipsa ex fratre. Insula samū
scribit Varro pri? partheniam notatam. quod ibi iuno adole-
uerit. ibiq; et ioui nupsit. Itaq; nobilissimū & antiquis-
simū templum ei ē samū. & simulacrum i hōie nubentis
figuratum. & sacra ei? anniuersaria nuptiarum ritu celebra-
tur. Si ergo adoleuit. si fuit uirgo primo. postea mulier.
hōiem fuisse quod non intelligit. pecudem se fateatur. Quid lo-
quar obscenitatem ueneris. omnium libidinibus prostitutaē nō
deorum tū sed & hominum. Haec ei? ex famoso martis stu-
pro genuit armoniam. ex mercurio hermaphroditū. qui
ē natus androgynus. ex ioue cupidinem. ex anchisa aeneā.
ex iute ericem. ex adone quod nullum potuit. quod et tum
puer ab apro ictus occisus ē. Quae prima ut in historia
sacra continetur. artem meretriciam instituit. auctorq; mu-



lieribus in cypro fuit. uti uulgo corpore questum facerent.
Quod ideo impauit. ne sola praeter alias mulieres impudi-
ca & uiroz appetens uideretur. Etiam ne haec aliquid
numinis. cuius plura nuantur adultera q̄ partus. Sed ne
ille qd̄ uirgines illibatam castitatem seruare potuerunt.
Vnde ei putemus erichonum ee natum. An ex terra ut
poetae uideri uolunt. at res ipsa clamat. Nam cu uulca-
nus dus arma fecisset. eiq; iuppiter optionem dedisset p̄
mi quod uellet postulandi. iurassetq; ut solebat p̄ inferna
paludem se nihil negaturum. tum faber claudus minervae
nuptias postulauit. Hic iuppiter optimus maximus tanta
religione constrictus abnuere non potuit. minervam tñ mo-
nuit repugnare pudicitiaq; defendere. Tum in illa collucta-
tione uulcanum in terram pfudisse auunt semen inde sit
erichonius natus. idq; illi nomen impositum. Ἐριχὼν τῆς ἐπιδοκ
καὶ χθονος. idest ex certamine atq; humo. Cur igitur
uirgo eum puerum cum dracone conclusum. & ob signatum.
tribus uirginibus ceropidis comendauit. Euidens ut opinor
incestum quod nullo m̄ possit colorari. Altera cum pene a
matorem suum pdidisset. q̄ erat turbatus distractus equus. pre-
stantissimum medicum aesculapum curando iuuenem aduocauit.
eūq; sanatum secretis alma recondit sedibus. & nymphae
egeriae nemoriq; relegat. solus ubi & siluis italis ignobilis.
aeuum exigeret. uersaq; ubi noie uiribus eet. Quid sibi uult
haec tam diligens tam sollicita curatio. qd̄ secretae sedes. qd̄
relegatio. uel tam longe. uel ad mulierem. uel in solitudinem.
qd̄ deā nois comitatio. Postremo qd̄ equoz tam p̄max ab-
hominatio. qd̄ significant haec oia. nisi conscientiam stupri.
& amorem minime uirginalem. Erat plane cur tantum la-
borem p̄ tam fidei iuuenē suscipet. q̄ amanti nouercae obse-
quum p̄negarat. Hoc loco refellendi sunt etiam hi q̄ deos ex
hominibus ee factos non tm̄ fatentur. s; ut eos laudent etia
gloriantur. aut uirtutis gra. ut herculem. aut numerum. ut
cererem. ac liberum. aut artū reptaz. ut aesculapū. aut



minervam. Haec uo q̄ inepta sunt. q̄q̄ non digna pp̄ quae hoies
 inexplabili se scelere contaminent. hostesq; deo uero fiant. quo
 contempta mortuoz̄ sacra suscipunt ex singulis reb' ostenda.
 Virutem ee dicunt quae hominem tollat in caelum. no illam
 de qua p̄bi differunt. quae posita e in bonis ais. sed hanc
 corporalem quae dicitur fortitudo. Quae qm̄ praecipua in
 hercule fuit. immortalitatem meruisse creditur. Quis ta stul
 te ineptus e. ut corporis uires diuinum uel etiam humanum
 bonum iudicet. cum sint & maiores pecudibus attributae.
 & uno morbo saepe frangantur. uel ipsa senectute minuant̄
 & corruant. itaq; idem ille cum deformari ulcerib' thoros
 suos cerneret. nec sanari se uoluit. nec senem fieri. nequando
 se ipso minor. aut deformior uideretur. hunc ergo quo uiuum
 se ipse combusserat. ascendisse in caelum putauerunt. eaq; ip
 sa quae stultissime admirati sunt. simulacbris & imaginibus
 expressa & consecrata posuerunt. ut i p̄petuū uanitatis illoz̄
 monumenta p̄starent. q̄ ob necē bestiaz̄ deos fieri credidisset.
 Sed haec fortasse graecoꝝ culpa sit. q̄ res leuissimas pro
 maximis semper huerunt. Quid nri. num sapientiores q̄
 athleticam qd̄ uirtutem contemnūt. qz̄ nihil obest. s; regia
 qz̄ late solet nocere sic admirantur. ut fortes ac bellicosos
 duces in deoꝝ coetu arbitrentur locari. nec ee ullam aliam
 ad immortalitatem uiam. q̄ exercitus ducere. aliena uastare.
 delere urbes. oppida excindere. liberos p̄ptos aut trucidare.
 aut subucere seruituti. uidelicet quo plures hoies afflyxe
 rint. spoliarint. occiderint. eo se nobiliores & clariores pu
 tant. & inanis gl̄iae specie capti. sceleribus suis nom̄ uir
 tutis imponunt. iam mallem ut a feraz̄ cedibus deos sibi
 fingerent: q̄ immortalitatem tam cruentam p̄barent. Si q̄s
 unum hoiem iugulauerit. p̄ contaminato ac nefario h̄etur.
 nec ad terrenum hoc domiciliū deoꝝ admitti eum fas putat.
 Ille aut q̄ infinita hominū milia trucidarit. cruore campos
 mundauerit. flumina infecerit. non m̄ i templum. sed et in
 caelum admittitur. Apud Ennū sic loquitur africanus. Si



at rogo

fas cedendo caelestia scandere cuiq̄ ē Mibi soli caeli maxima
porta patet. scilicet qz magnam ptem gn̄is humani extin-
xit ac pdidit. O in quantis tenebris africane uersatus es. ut
poti' o poeta. q per cedes & sanguinem patere hoib' ascē-
sum in caelum putaueris. Cui uanitati et Cicero assensit.
En uō inqt africane. nam & herculi eadem ista porta pa-
tuit tanq̄ ipse plane cum id fieret ianitor fuerit in caelo.
E qd̄ statuiere non possum. dolendū ne poti' an ridendum
putem. cum uideam graues & doctos. & ut sibi uidentur
sapientes uiros in tam miserandis errorū fluctib' uolutori.
Si haec ē uirtus quae nos imortales facit. mori qd̄ malum.
q̄ exitio ēē q̄ plurimis. Si at̄ imortalitas parari non pot̄.
nisi p̄ sanguinem. qd̄ fiet si omnes in concordia consecerit.
quod certe fieri non pot̄. si p̄uicioso & impio furore pro-
iecto innocentes ēē ac iusti uelint. Num igitur nemo e-
rit caelo dignus. nū peribit uirtus. qz hominibus in homines
seuire non dabitur. Sed isti q̄ euerisiones urbium populorū
qz summam ḡtiam computant. otium publicum nō ferent.
rapient. seuent. & iniurus insolenter illatis. humanae so-
cietatis foedus irrumpent. ut hēre hostem possint. quem
sceleratū deleant. q̄ lacefferint. Nunc ad reliqua p̄gam?
Nomen deorū cereri ac libero traditio munerū fecit. possu-
duinis docere Iris. uinū atq; fruges an̄ p̄genem caeli at-
q; saturni fuisse in usu hominum. sed ab his sane inuenta ēē
fingamus. Num pot̄ plus aut minus uideri collegisse fru-
ges. hisq; fractis panem facere docuisse. aut uuas de uiti-
bus lectas expresse. uinūq; fecisse. q̄ fruges ipsas aut
uites gn̄asse ac p̄uulisse de terra. reliquerit haec sane deus
humani ingenii eruenda. Tñ fieri non pot̄ qn̄ ipsius sint
oīa. q̄ & sapientiam tribuit hoī ut inueniret. & illa ipsa
quae possent inueniri prim' inuenit. Artes q; inuentoribus
suis imortalitatē peperisse dicuntur. ut aesculapio medici-
na. uulcano fabrica. Colam' igitur illos & q̄ fulloneam.
furrinā ue docuerūt. Cur at̄ fugiūnae reptoni honos non

hētur. an qz isti diuites uasa samia contemunt. sunt &
 aliae artes. quarz reptoies humanae uitae plurimum p
 fuerunt. Cur non & illis attributa sunt templa. S; nū
 rum mineria ē quae os reperit. ideoq; illi opifices suppli
 cant. Ergo ab his sordibus mineria ascendit in caelum.
 En uō cur qsq; derelinquat eum qz terram cū aiātib; cae
 lū cum astris & luminib; exorsus ē ut eam ueneretur. qz
 telam docuit ordiri. qd ille qz uulnera i corporib; sanare
 docuit. nū pot ee praestantior. qz qz corpora ipsa formauit.
 sentiendi ac uiuendi roem dedit. Herbas deniq; ipsas &
 coetera qb; medendi ars constat excogitauit. atq; protulit.
 At ei dicet aliqs & huic sumo qz fecit oia & illis qz parti
 pfuerunt suam uenerationem ee tribuendam. primū nec
 factum ē unq; ut qz hos coluit. et deum coluerit. neq; fieri
 pot. qm si honos idem tribuitur alus. ipse oio non colitur.
 cui religio ē. illum ee unum ac solum deum credere. Cla
 mat sumus poeta eos om̄s qz inuentas uitam excoluere p
 artes. apud inferos ee. ipsiq; illum reptoerem medicinae
 talis & artis ad stagias undas flumine ee detrusum. ut
 intelligamus qm ualeat pater omnipotens. qz et deos ful
 minibus extinguat. Sed hoies ingeniosi hanc secū hebat
 fortasse rationem. qz ds fulminari non pot. apparet. non
 ee factum imo uō qz factum ē apparet hoiem fuisse no
 deum. Mendaciū enī poetaz non in facto. sed in nomie.
 metuebant ei malum. si contra publicam psuasionem fate
 rentur qd erat uerum. Quod si hoc constat inter ipsos
 ex hominibus deos factos. cur ergo non credunt poetis. si
 qn illoz fugas & uulnera. & mortes. & bella. & adul
 teris describunt. Quibus de rebus intelligi datur non
 potuisse ullo pacto fieri deos. qz ne hoies qd pbi fuerūt.
 eaq; in uita sua gesserunt. quae mortem uariunt sempi
 ternam. Venio nunc ad pprias romanoz religiones. qm
 de cominibus dixi. Romuli nutrix lupa honoribus
 ē affecta diuinis & ferrem si aiā ipsū fūisset cui figurā



Lupanar

gerit. Sed auctor ē luuius tarentinae ēē simulachrum. & qđ
non corporis. sed mentis ac morum. Fuit ei faustuli uxor.
& pp̄ uulgati corporis uilitatem lupa inter pastores. idest
meretrix nuncupata ē. Vnde et lupanar dicitur. Exēplū
scilicet atheniensium in ea figuranda romani secuti sūt. apđ
quos meretrix quaedam noīe leena cum tyrannū occidisset.
qa nefas erat simulachrū constitui meretricis i templo.
aialis effigiem posuerunt. cui nomen gerebat. Itaq; ut illi
monumentum ex noīe. sic isti ex p̄fessione fecerunt. huius
noīs et dies festus dicatus ē. & larentinalia constituta. Nā
hanc solam romani meretricem colunt. sed faulam q; quā
herculus scortum fuisse verrius scribit. Jam q̄ta ista imor-
talitas putanda ē quam et meretrices assequuntur. Flora
cum magnas opes ex arte meretricia quaesiuisset. p̄ptm
scripsit heredem. certāq; pecuniam reliquit. cui ex annuo
foenore suus natalis dies celebraretur editione ludorū q̄s
appellant floralia. qđ qz senatui flagitiosum uidebatur. ab
ipso noīe argumentum sumi placuit. ut pudendae rei que-
dam dignitas adderetur. deam finxerunt ēē quae floribus
praesit. eamq; oportere placari. ut fruges cum arborib;
aut uiribus bene p̄spereq; florescerent. Eum colorem se-
curus in fastis poeta. non ignobilem nympham fuisse nar-
rauit. quae sit chloris uocitata. eaq; zephyro nuptam.
q̄i dotis loco id accepisse muneris a marito. ut heret omni-
um florū potatem. honeste qđ ista dicuntur. s; inhoneste
turpiterq; creduntur. nec debent cum ueritas quaeritur
huius nos uelamenta decipere. Celebrantur ergo illi ludi cū
oī lasciuia conuenienter memoriae meretricis. Nā prae-
ter uerborū licentiam qb; obscenitas oīs effunditur. exiunt
etiam uestibus p̄pto flagitante meretrices. quae tunc mi-
maz funguntur officio. & in conspectu p̄pti usq; ad satie-
tatem impudicorū. luminū. cum pudendis morib; detinentur.
Cloacinae simulachrum in cloaca maxima repositum. tacius
consecrauit. & qz cui ēēt effigies ignorabat. ex loco illi nom



imposuit. Pavorem palloremq; Tullus hostili⁹ figuravit. & colu-
 it. Quid de hoc dicam. nisi dignum fuisse q; semper deos suos.
 sicut optari solet praesentes heret. Ab hoc illud de. M. mar-
 celli consecratione honoris atq; uirtutis honestate nominu dif-
 fert. re congruit. eadem uanitate mentem q; inter deos sena-
 tus collocavit. quam pfecto si huiss& eiusmodi sacra nunq;
 suscepisset. Magnum Cicero audaxq; consilium suscepisse
 graeciam dicit. quod cupidinum & amoru simulachra in gym-
 nasus consecrasset. Adulatus e uidelicet attico. & irrisit ho-
 minem familiarem. Non ei illud magnum. aut oio consiliu
 dicendum fuit. s; impudicoru hominu pdita & deplorata ne-
 qua. q; liberos suos quos erudire ad honesta deberent. pstatu-
 erunt libidini uuentutis. a qb' flagitioru deos. & in illis po-
 tissimum locis ubi nuda corpora corruptoru lumimb' patent.
 & in illa coli aetate uoluerunt. quae simplex & improuida.
 pri' irretiri. & in laqueos pot' cadere. q; cauere. Quid mirum
 si ab hac gente uniuersa flagitia manarunt. apud quam uitia
 ipsa religiosa sunt. eaq; non in non uitantur. uerjetia coluntur.
 Et ideo huic sniae tanq; graecos prudentia unceret. adiecit
 uirtutes ei oportere non uitia consecrari. Quod si recipis o
 M. tulli. non uides fore ut irrumpanit uitia cum uirtutibus
 q; mala bonis adherent. & in ais hominu potentiora sunt.
 quae si uetas consecrari. rndebit tibi eadem illa graecia. se
 alios deos colere ut psint. alios ne noceat. Haec ei e semp
 excusatio eoz q; mala sua p d'us hent. ut romani rubiginem
 ac febrem. Si ergo uitia consecranda non sunt. in quo tibi as-
 sentior. ne uirtutes qd'. Non ei p se sapiunt. aut sentunt. ne-
 q; intra parietes aut aediculas luto factas. s; intra pectus collo-
 candaes sunt. & inter' comprehendendaes. ne sint falsae. si ext'
 hoem fuerint collocataes. Itaq; praeclaram illam legem tua
 derideo. quam ponis his uerbis. Ast illa pp quae datur ho
 ascensus in caelum. mentem. uirtutem. pietatem. fidem. ea-
 ruq; laudum delubra sunt. At quin haec separari ab homie
 non possunt. Si ei colenda sunt. in hoie ipso sunt necesse e.



Si autem sint extra hominem quod opus est ea colere quibus careas. Virtus enim colenda est non imago virtutis. & colenda est non sacrificio aliquo. aut thure. aut precatione solenni. sed uoluntate sola atque proposito. Nam quod est aliud colere uirtutem nisi omnia comprehendere animo ac tenere. quod unusquisque simul accepit uelle. consequitur. hic solus uirtutis est cultus. Nam religio ac ueneratio nulla alia. nisi uni dei tenenda est. Quid igitur opus est o uir sapientissime superuacuis extructionibus loca occupare quae possint humanis usibus cedere. Quid sacerdotes constituere. uana & insensibilia culturos. Quid immolare uictimas. quod tantos sumptus uel fingendis uel colendis imaginibus impendere. Firmius & incorruptius templum est pectus humanum. hoc potius ornentur. hoc ueris illis nominibus impleatur. Has ergo falsas consecrationes sequitur quod necesse est. Qui enim uirtutes sic colunt. id est quae umbras & imagines uirtutum consecrantur. ea ipsa quae uera sunt tenere non possunt. Itaque nulla in quod uirtus est uirtus ubique diuinitibus. nulla fides. omnia pro se quoque rapiunt. Nulla pietas. nec consanguineis nec parentibus parcente auaritia & cupiditate in uenena & in ferrum ruente. Nulla pax. nulla concordia publice bellis seuentibus priuatis uero inimicis usque ad sanguinem furentibus. Nulla pudicitia libidinis effrenatis. omnem sexum & omnes corporis partes contaminantibus. nec tamen desinunt ea colere quae fugiunt & oderunt. Colunt enim thure ac sumis digitis quae sensibus intus colenda debuerunt. Qui error omnis ex illis principalis ac summi boni ignoratione descendit. Urbe a gallis occupata obsessi in capitolio romano. cum ex mulierum capillis tormenta fecissent. aede ueneri caluae consecrarunt. Non igitur intelligunt quae uanae sint religiones. uel ex eo ipso quod eas his ineptis cauillantur. A lacedaemonis fortasse didicerant deos sibi ex euentis fingere. Qui cum messenios obsiderent. & illi furtim deceptis obsessores egressi. ad diripiendam lacedaemonem cucurrissent. a spartanis mulieribus fusi fuga

atque sunt. Cognitis at dolis hostium lacedemonum sequebantur.
 His armatae mulieres obviam longius exierunt. Quae cum
 viros suos cernerent parare se ad pugnam quod putarent
 messenos esse corpora sua nudauerunt. At illi uxoribus cogni-
 tis. & aspectu in libidinem concitati. sicuti erant armati per-
 mixti sunt utique permiscue. nec eis uacabat discernere. sic ui-
 uenes ab usdem antea missi cum uirginibus ex quibus sunt par-
 theni nati. Propter huius facti memoriam aedem ueneri ar-
 matae simulacrum posuerunt. quod tametsi ex causa turpi
 uerit in honestum uidetur armatam uenerem consecrasset. quae
 caluam. Eodem tempore Ioui quoque pistori ara posita est. quod eos i-
 gere monuisset. ut ex omni frumento quod habebant panem fa-
 cerent & in hostium castra iactarent. eoque facto soluta esset
 obsidio. desperantibus gallis inopia subigi posse romanos.
 Quae ista religionum derisio est? Si earum defensor eorum quod
 tam graue queri possem. quod deorum nomen intantum uenisse
 contemptum. ut turpissimis nominibus ludibrio heatur.
 Quis non rideat fornacem deam. uel potius doctos viros cele-
 brandis fornacalibus operari? Quis cum audiat deam muta
 tenere risum quaeat? Hanc esse dicunt. ex qua sint lares
 nati. & ipsam larum nominant. uel larundam. Quid prae-
 stare colenti potest quae loqui non potest? Colitur & caeca
 quae herculi fecit iudicium de furto boue diuinitatem con-
 secrata quia prodidit fratrem. Et cunina quae infantes tue-
 tur in cunis. ac fascinum sumouet. & stercutus. quod stercoran-
 di agri rationem primus induxit. Et tutinus in cuius sinu
 pudendo nubentes praesident. ut illorum pudicitiam prior
 deus delibasse uideatur. & mille alia portenta ut iam ua-
 nuores qui haec colenda susceperunt. quae aegyptios esse dicamus. qui
 monstruosa & ridicula quaedam simulacra uenerantur & hec
 tamen habent aliquam unaginem. Quid quoque lapidem colunt. informe
 ac rudem. cui nomen est terminus? Hic est quem pro ioue sat-
 nus dicitur deuorasse. nec immerito illi honos tribuitur. Nam
 cum Tarquinius capitolium facere uellet. atque in eo loco multorum



deorum sacella erant. consuluit eos per auguria utrum ioui cederet.
 & sedentibus caeteris solus terminus mansit. Unde illum poeta
 capitolii immobile saxum uocat. Jam ex hoc ipso quod magnus iup
 piter inuenitur. cui non cessit lapis. ea fortasse fiducia quod
 illum de paternis faucibus liberauerat. Facto itaque capitolio
 supra ipsum terminum foramen est in tecto relictum. ut quia
 non cesserat. libero caelo frueretur. quo ne ipsi quod fruebantur.
 qui lapidem frui putauerunt. & hinc ergo publice supplica
 tur. quasi custodi finium deo. quod non tantum lapis. sed et stipes
 interdum est. Quid de his dicas quod colunt talia. nisi ipsos potius
 finium lapides ac stipites esse? Diximus de diis ipsis quod colun
 tur. nunc de sacris ac mysteriis eorum pauca dicenda sunt.
 Apud cyprios autem humanam hostiam ioui teucus. idque
 sacrificium posteris tradidit. quod est nuper adriano imperante
 sublatum. Erat lex apud tauros inhumanam & feram ge
 tem. uti dyanae hospites imolarentur. & id sacrificium mul
 tis temporibus celebratum est. Galli aesum teutantem huma
 no cruore placabant. Ne latini quod huius immanitatis exper
 tes fuerunt. Siquid latialis iuppiter et nunc sanguine colitur
 humano. Quid ab his boni precantur. quod sic sacrificant. aut
 quod tales dii praestare hominibus possunt. quorum poenis pro
 punantur? Sed de barbaris non est adeo mirandum. quorum
 religio cum moribus congruit. Nostri uero qui semper man
 suetudinis & humanitatis sibi gloriam uindicauerunt nomine
 sacrilegus his sacris immaniores reperuntur. Hi enim potius
 scelerati sunt hendi. Qui cum sint liberalium disciplinarum
 studiis expoliti. ab humanitate desistant. quam quod rudes
 & impii ad mala facinora bonorum ignorantia labuntur.
 Apparet in antiquum esse hunc imolandoque hominum ritum.
 Siquid saturnus in latio eodem generis sacrificii cultus est. non quod
 ut homo ad aram imolaretur. sed uti in tyberim de ponte mul
 bio mitteretur. Quod ex responso quodam factitatum var
 ro auctor est. cui nisi ultimus uersus talis est. και κεφαλαίον
 κρονίδην κατὰ πατρίπεπτετε φώτα idest hominem.

imolauit.

Et capita saturno. & patri
 mictite lumina.

quod

quod quia uidetur ambiguum. & fax illi & homo iaci sol&. Verum id genus sacrificii ab hercule cum ex hispania rediret dicitur ee sublatum. ritu in pmanente. ut pro ueris hominibus imagines iacerentur ex scarpo. ut Ouidius in fastis doc& Donec in haec uertit uirynthius arua quotannis. Tristia leuca dio sacra palta modo. Illum stramineos in aqua misisse grates herculus exemplo corpora falsa iace. Haec sacra uestales uirgines faciunt ut ait idem. Tum q; priscoz uirgo simulachra uiroz Mittere roboreos scarpea ponte solet. Nam de infanibus q; eidem saturno imolabantur pp odium iouis. qd dicam. non inueto. tam barbaros. tam immanes fuisse hoies ut paricidium suum. idest tetrum atq; execrabile humano gni facinus sacrificium uocarent cum teneras atq; inocentes aias quae maxime e aetas parentib' dulcior. sine ullo respectu ^{pi} extinguerent. imanitateq; omnium bestiaz. quae in foetus suos amant feritate suparent. O dementiam insanabilem. quid ^{gatis} illis isti du facere amplius possent si eent iratissimi. q; faciunt ppitu. cum suos cultores paricidus inquinant. orbitatib' mac tant. humanis sensibus spoliant. quid pot ee his hominibus sancti. aut qd in profanis locis faciunt. q; inter aras deoz suma scelera comitunt. Pescennius festus in libris historiaz per saturam refert. Carthaginenses saturno humanas hostias solitos imolare. & cum uicti eent ab Agathocle rege siculoz iratu sibi deum putauisse. Itaq; ut diligentius piaculum solueret. ducentos nobilium filios imolasse. Tantum religio potuit suadere maloz. quae pepit saepe scelerosa atq; impia facta. Cui ergo dementissimi homines illo sacrificio consulebant. cu tanta partem ciuitatis occiderent. quantam fortasse ne Agathocles qd uictor occiderat. Ab isto gne sacroz non minoris insane iudicanda sunt publica illa sacra. quoz alia sunt matris. in quibus hoies suis ipsis uiribus litant. Amputato ei sexu. nec uiros se nec feminas faciunt. alia uirtutis quam eandem bellonam uocant. in quibus ipsi sacerdotes non alieno. sed suo cruore sacrificant. Sedtis naq; humeris. & utraq; manu distric



tos gladios exerentes currunt. efferuntur. insanunt. Optime
igitur Quintilianus i fanatico. Istud inquit. si deus cogit iratus
ē. etiam ne haec sacra sunt. non satius ē pecudum in uiuere.
q̄ deos tam impios. tam profanos. tam sanguinarios colere.
Sed unde isti errores. & haec tanta flagitia manauerint
suo loco differimus. interim uideamus & coetera quae ca-
rent scelere. ne studio insectandi uideamur eligere peiora.
Isidis egyptia sacra sunt. quatenus filium paruum uel per-
diderit uel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius deglabrato
corpore pectora sua tundiunt lamentantur. sicut ipsa cum per-
didit fecerat. dein puer producitur q̄ inuentus. & in laeti-
tiam luctus ille mutatur. ideo lucanus. nūquāq; satis quae-
sus o siris. semp ei p̄dunt. semp & inueniunt. Refertur
ergo in sacris imago rei quae gesta ē uere. Quae profecto si
quid sapimus declarat mortalem mulierem fuisse ac uene-
orbam nisi unicum repisset. Quod illum ipsum poetam mini-
me fugit. apud quem pompeius adulescens morte patris au-
dita haec loquitur. Euoluam busto iam numen gentib' isim.
Et rectum ligno spargam p̄ uulgus osirim. Hic est osiris quē
serapim uel serapidem uulgus appellat. Solent ei mortuis co-
secratis noīa imitari. credo nequis eos putet hoīes fuisse. Na
& Romulus post mortem quirinus factus ē. & leda neme-
sis. & circe. marica & mo postq̄ se praecipitant. leucotea
materq; matuta & melicertes filius ei' palemon atq; portu-
nus. Sacra uō cereris eleusinae non sunt his dissimilia.
Nam sicut ibi osiris puer plandū matris inquiritur ita hic ad
incestum patris matrimonium rapta proserpina. quam qz
facibus ex ethnae uertice accensis quae fuisse in sicilia ceres
dicitur. idcirco sacra ei' ardentium redaz iactatione celebra-
tur. Apud lapsacum priapo lictabilis uictima ē asellus.
cuius sacrificii ratio in fastis haec redditur. Cum dii om̄s ad
festum matris magnae conuēssent. epulisq; satiati noctem
lusibus ducerent. quieuisse hūmū uestam. somnūq; cepisse.
ibi priapum somno eius ac pudicitiae insidiatum. sed illam

28

in tempestuo clamore aselli. quo silenus uehebatur excitata.
libidinem uo insidiatoris ee deceptam. hac de causa lapsacenos
asellum priapo. qm in ulcionem mactare consueuisse. Apud
romanos uo eundem uestalibus sacris in honorem pudicitiae
conseruatae panibus coronari. Quid turpis. quid flagitio
suis q si uesta beneficio asini uirgo est. At poeta fabulam
finxit. Num ergo illud e ueruis quod referunt hi q feno
mena conscripserunt. Cum de duabus cancri stellis loqui
tur. quas graeci ONORC uocant. asellos fuisse. qui liberum
patrem transuererint cum amnem transire non posset. q
rum alteri hoc praemium dederit. ut humana uoce loque
retur. Itaq; inter eum priapumq; ortum ee certamen de ob
sceni magnitudine. priapum uictum & iratum interemisse
uictorem. Hoc uo multo magis ineptum e. Sed poetis licet
quicquid uelint. Non excutio tam deforme mysteriu. nec
priapum de nudo. ne quid appareat risu dignum. finxert
haec sane poetae. Sed nec e maioris alicuius turpitudis
tegendae gratia ficta sint. Quae sit ergo quaeramus. At
ea profecto manifesta e. Nam sicut lunae taurus mactatur.
qz si mulier het cornua. & placat equo persis radius hyperiona
cundum. ne detur celeri uictima tarda deo. ita in hoc qa magni
tudo membri uirilis enormis e. non potuit ei monstro aptior
uictima reperiri. q quae ipsum cui mactatur posset imitari. A
pud lindum quod e oppidum rhodi herculis sacra sunt. quoz
a coeteris longe diuersus e ritus. Signa non eufemia ut graeci
appellant. sed maledictis & execratione celebrantur. eaq; pro
uiolatis hent. signi inter solennes ritus. uel imprudenti alicui
exciderit bonum uerbum. cuius rei haec ratio redditur. si tn
ulla ee in rebus uanissimis pot. Hercules eo cum delatus eet.
fameq; pateretur. aratorem quendam conspexit opante. ab
eoq; petere coepit. ut sibi unum bouem uenderet. Ennuero
ille negauit fieri posse. quod spes sua omnis colendae terrae
duobus illis iuuenis niteretur. hercules solita uolentia usus.
qa unum accipere non potuit utruq; sustulit. At ille infelix



cum boues suos mactam uideret. iniuriam suam maledictis ult⁹
ē. quod homini eleganti & urbano gratissimum fuit. Nam dū
comibus suis epulas apparat. duq; alienos boues deuorat illū
sibi amarissime conuultantem cum risu & cachinnis audiebat.
Sed postq; herculi diuinos honores ob admirationem uirtutis
deferri placuit a comibus ara ei posita ē. quam de facto
bouis iugum notauit. ad quam duo iuncti boues
imolarentur. sicut illi quos abstulerat aratori. cuiq; ipsū sibi
constituit sacerdotem. ac precepit ut usdem maledictis semp
in celebrandis sacrificiis uteretur. quod negaret se unq; epu
latum ēē iocundius. Haec iam non sacra sunt. sed sacrilegia. i
quibus id sanctum dicitur. quod in aliis si fiat. et seuerissime uin
dicatur. Ipsius autem cretae iouis sacra quid aliud q̄ quomodo
sit aut subtractus pri. aut nutritus ostendunt. Capella ē amal
theae nymphae quae uberibus suis aluit infantem. de qua ger
manicus caesar in arateo carmine sic ait. Illa putatur nutrix
ēē iouis. si uero iuppiter infans ubera cretae mulsit. fidissima
caprae. fidere quae claro gratum testatur alumnū. Huius
capellae corio usum ēē pro scuto iouem contra titanas dimica
tem museus auctor ē. Vnde a poetis aegiochus nominatur. Ita
q̄quid ē gestum in abscondendo puero. id ipsum p̄ imaginem
geritur in sacris. Sed & matris ei mysterium idem continet.
quod Ouidius exponit in fastis. Ardua iam dudum resonat
tinnitibus idae. Tutus ut infanti uagiat ore puer. Pars clipe
os sudibus galeas pars tundit manes. Hoc curetes hent. hoc co
ribantes opus. Res latuit. priscaq; manent unitamina facti.
Aera deae comites raucaq; terga mouent. Cymbala p̄ galeis.
p̄ scutis tympana pulsant. Tibia dat frigios ut dedit an modos.
Hanc totam opinionem q̄ a poetis fidam Salustius respuit.
uoluitq; ingeniose interpretari cur altores iouis dicant⁹ fuisse
curetes. & sic ait. Quia principes diuini intelligendi fuerūt
uetustatem ut coetera in maius componentem. altores iouis ce
lebrauisse. Quantum errauerit homo eruditus iam res ipsa de
clarat. Si ei princeps ē iuppiter & deorū & religionum. si

C A E S A R
germanicus

ante illum nulli du uulgo colebantur. q̄a nondum nati fuerant
 qui coluntur. apparet curetes ex diuerso princeps fuisse diuini
 non intelligendi. p̄ quos error omnis inductus ē. & dei ueri
 memoria sublata. Ex ipsis itaq; mysteris & caerimonis
 intelligere debuerunt hominibus se mortuis supplicare. No
 igitur exago ut aliquis poetarū fictionibus credat. qui hos
 mentiri putat pontificum ipsorū scripta consideret. & qcqd
 ē literarū ad sacra pertinentium reuoluat. plura fortasse q̄ nos
 asserimus inueniet. ex quibus intelligat inania. inepta. co
 mēntia ēē oīa quae pro sanctis hēmur. Si q̄s autē p̄cepta
 sapientia deposuerit errorem. profecto ridebit ineptias homi
 nū. penē dementium. illos dico q̄ uel inhonesto saltatu tripudi
 ant. uel q̄ nudi. uncti. coronati. aut p̄sonati. aut luto oblit
 currunt. Quid de scutis uetustate iam putridis dicam. quae
 cum portant deos ipsos se gestare humeris suis arbitrantur.
 Nam furus uuaculus inter praecipua pietatis exempla
 nūatur. q̄ cum praetor eēt. in lictoribus praecuntibus anci
 lae portauit. cum hēret magistratus b̄nficio muneris ei uacati
 onem. Non ergo ille furus. sed plane furiosus fuit. q̄ prae
 turam hoc ministerio se putauit ornare. Merito igitur cu
 haec a uiris non impijs ac rudibus fiant lucretius exclamat.
 O stultas hominum mentes. o pectora caeca. Qualibus in te
 nebris uitae q̄usq; periculis degitur hoc aeu quodcuq; est.
 Quis haec ludibria non rideat. q̄ hēat aliqd sanitatis. cum
 uideat hoīes uelut mentecaptos ea serio facere. quae si q̄s
 faciat in lusu. nimis lasciuus & ineptus ēē uideatur. Haec
 uanitatū apud romanos auctor & constitutor sabin' ille
 rex fuit. q̄ maxime aīos hominum rudes atq; imperitos.
 nouis sup̄stitionibus implicauit. Quod ut faceret aliqua cū
 auctoritate simulauit cum dea aegeria nocturnos se hēre
 congressus. Erat spelunca quaedam popaca in nemore erici
 no. unde riuus penni fonte manabat. huc se remous arbi
 tris inferre consueuerat. ut mentiri posset monitu deae con
 iugis ea sacra p̄pto se tradere quae acceptissima dijs eēt.



uidelicet astutiam minoris uoluit imitari. qui se in antrū Iouis
recondebat. & ibi diu moratus leges tanq̄ sibi a ioue traditas af-
ferebat. ut hoīes ad parendum non modo impio. sed etiam religi-
one constringeret. Nec difficile sane fuit psuadere pastorib?
Itaq; pontifices. flamines. saluos. augures creauit. deos p̄ fami-
lias descripsit. sic noui pp̄ti feroces aīos mitigauit. & ad stu-
dia pacis a rebus bellias auocauit. Sed cum alios falleret. se-
ipsum tñ non fefellit. Nam post annos plurimos Cornelio &
Bebio consulibus in agro scribae petili sub ianiculo areae due
lapideae sunt reptaē a fossoribus. quarū in altera corpus nu-
mae fuit. in altera septem latinū libri de iure pontificio. utē
graeci totidem de disciplina sapientiae scripti. quibus religioēs
non eas mō quas ipse instituerat. sed om̄s praeterea dissoluit.
Qua re ad senatum delata. decretum ē ut hi libri abolerent.
Ita eos. Q. petilius praetor urbanus in contione populi concre-
mauit. Insipienter id quidem. Quid ei p̄fuit libros eē com-
bustos. cum hoc quod sunt ideo combusti q̄a religionibus de-
rogabant memoriae sit traditum. Nemo ergo tunc in sena-
tu non stultissimus. potuerunt ei & libri aboleri. & tñ res
i memoriam non exire. Ita dum uolunt et posteris appro-
bare quanta pietate defenderunt religiones. auctoritatem re-
ligionum ipsarū testando minuerunt. Sed ut pompilius a-
pud romanos institutor ineptarū religionum fuit. sic ante
pompiliū faunus in latio. q̄ & saturno auo nefaria sacra
constituit. & picum patrem inter deos honorauit. & sorore
suam fantam fannam eandēq; conjugem consecrauit. Quā
Gabiū bassus fatuam noīatam tradit. quod mulierib? fata
canere consuesset. ut faunus uiris. Eandem Varro scribit
tantaē pudicitiae fuisse. ut nemo illam quoaduixerit prae-
ter suū uirum mas uiderit. nec nomen eius auīderit. Idcirco
illi mulieres in opto sacrificant. & bonam deam nominant.
& c. sextus clodius in eo libro quem graece scripsit. refert.
faunū hanc uxorem fuisse. Quae q̄a contra morem decusq;
regum clam uini ollam ebiberat & ebria facta erat. uirgis

myrteis a uiro ad mortem usq; cesa ē. Postea uō cum eu facti
 sui poeniteret ac desyderium eius ferre non posset. diuinum
 illi honorem detulisse. Idcirco in sacris eius obuolutam uini
 amphoram ponit. Reliquit ergo posteris faunus q; non
 parum erroris. quem in prudentes quiq; pspiciunt. Na
 lucilius eoz stultitiam q simulachra deos putant ee deri
 det his uersibus. Terricolas lamias fauni quas pompiliuq;
 Instatuere Numae tremuit has hic oia ponit. Ut pueri in
 fantes credant signa oia aena uiuere & ee hoies. sic ista
 oia ficta Vera putant. credunt signis cor inesse aenis. Per
 gula pictoz ueri nihil oia ficta. Poeta qd stultos hoies
 infantibus compauit. At ego multo imprudentiores esse
 dico. Illi ei simulachra hoies putant ee. In deos. Illos ae
 tas facit putare quod non ē. hos stultitia. Illi utiq; breui
 desinunt falli. hoz uanitas & durat semp & crescit. Sa
 cra liberi patris primus orpheus induxit in graeciam. pri
 musq; celebrauit in monte boetiae. thebis ubi liber natus ē
 pximo. Qui cum frequenter citharae cantu psonaret. cy
 theron appellatus ē. Ea sacra et nunc orphica nominant.
 i qbus ipse postea dilaceratus & carptus ē. & fuit p eade
 fere tempora qbus faunus. Sed qs aetate praecesserit du
 bitari pot. Siqd p eosdem annos latinus priamusq; regna
 runt. Item patres eoz picus & laomedon. quo regnante
 Orpheus cum argonautis ad ihaensium litus accessit. Proce
 damus igitur ulterius. & quaeramus qs oio colendor deoz
 primus auctor extiterit. Didimus in libris. ΕΖΗΓΗCE WC
 ΠΙΝΔΑΡΙΚΗC ait mellisea cretensium regem primū dīs
 sacrificasse. ac ritus nouos sacrozq; pompas introduxisse.
 huius duas fuisse filias. amaltheam & melissam quae
 iouem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt. Vnde
 poetica illa fabula originem sumpsit. Apes aduolasse atq;
 os pueri melle complexse. Melissam uō a pre primam sa
 cerdotem matri magnae constitutam. Vnde adhuc eiusdem
 matris antistites. melissae nuncupantur. historia uō sacra



Enarrationis pindaricae

testatur ipsum iouem postq̄ rex potitus sit. in tantam uenisse insolentiam. ut ipse sibi fana in multis locis constitueret. Nam cum terras circuiret. ut in quaq; regionem uenerat. reges principesue p̄p̄torū hospitio sibi & amicitia copulabat. & cum a quoq; digrederetur. iubebat sibi fanum creari hospitii sui noīe. q̄ ut posset amicitiae ac foederis memoria conseruari. Sic constituta sunt templa ioui a taburno. ioui labriandio. Atabyrus ei & Labriandus hospites ei atq; adiutores in bello fuerunt. Item ioui laprio. ioui molioni. ioui cassio. & quae sunt in eundem modum. Quod ille astutissime cogitauit. ut & sibi honorem diuinū. & ut hospitibus suis p̄petuū nomen adq̄reret. cū religione conuētū. Gaudebant ergo illi. & huic impio ei libenter obsequiebantur. & noīs sui grā ritus annuos & festa celebrabant. Simile q̄dam i sicilia fecit aeneas. cū conditae urbi acestae hospitii nomen imposuit. ut eam postmodum laetus ac libens acestes diligere. auget. ornaret. Hoc n̄ religionem cultū sui per orbem terrae iuppiter seminauit. & exemplū coeteris ad uitandū dedit. Sive igitur a melisseo sicut didim' tradidit colendorū deorū ritus effluxit. sive ab ipso q̄ ioue ut euhemerus. de tempore t̄n constat. q̄n dū coli coepunt. Melisseus q̄ multū ancessit aetate. q̄ppe q̄ aeducauerit iouē p̄ nepote. & idcirco fieri pot. ut uel an. uel adhuc puero ioue deos colere instituerit. idest alumnū sui matrē. & auā tellurem. quae fuit uram comunx. patrēq; saturnū. & ipse hoc exemplo atq; instituto iouem ad tantā sup̄biam puexerit. ut postea sibi diuinos honores auderet assumere. Nunc q̄m uanarū sup̄stitionū originem deprehendimus. supest ut et tempora colligamus p̄ quae fuerint illi quorū memoria colitur. Theophilus in libro de temporib' ad auctolicū scripto ait in historia sua thallum dicere. quod belus quē babylonū & assyrū colunt. antiquor troiano bello fuisse inueniatur annis. cccxxii. Belum at saturno aequale fuisse. & utruq; uno tempore adoleuisse. quod adeo uerū

e. ut ratione ipsa colligi possit. Nam & agamenon q gessit
 ticu bellu iouis abnepos fuit. & achilles aiaxq; pnepotes. &
 ulixes eode gradu pxam'. Priam' qd' longa serie. s; auctores
 qda traditur dardanu & lasium corithi filios fuisse no io
 uis. Nec ei si ita fuisset ad usus impudicos ganymede pne
 pote suu here potuisset. itaq; parentib' illoz quos supra
 noiaui si congruenter anos diuidas. nus consentiet. Ab ex
 cidio at troianae urbis colliguntur anni mille quadringeti
 septuaginta. Ex hac tempoz ratione manifestu e an anos
 no ampli q mille octingetos natu ee saturnu. q sator omniu
 deoz fuit. Non ergo isti glantur sacroz uetustate. quoz
 & origo & ratio & tempora dephensa sut. Restat adhuc
 aliqua. quae ad arguendas religiones falsas plurimu uale
 ant. Sed iam finem libro facere decreui. ne modu excedat.
 Ea ei plenius sunt exequenda. ut oib' refutatis. quae ueri
 tati uidentur obstare. hoies q bonoz ignorantia uagantur
 incerti ad religionē ueram possimus imbuerē. Primus aut
 sapientiae gradus e falsa intelligere. secundus uera cogno
 scere. Ergo apud que prima haec institutio nra pfecerit.
 qua falsa deteximus. excitabitur ad ueri cognitione. qua
 nulla e homini iocundior uoluptas. & erit iam celestis
 disciplinae sapientia dignus qui ad cognoscenda coetera
 libens ac paratus accesserit.



FIRMIANI. LACTANTII. DE. ORIGINE. ERRORIS. LIB
 SECVNDVS INCIPIT. FELICITER.



VANQVAM. PRIMO. LIBRO. RE
 ligiones deorum falsas ee monstraueri.
 quod hi quorum uarios dissimilesq; cul
 tus p uniuersam terram consensus ho
 minum stulta psuasione suscepit. mor
 tales fuerunt. fundiq; uita diuinae
 necessitati morte concesserunt. tamen

ne qua dubitatio relinquatur. hic secundus liber fontem ipsum patefaciet errorum. causasque omnes explicabit. quibus decepti homines & primitus deos esse crediderunt. & postmodum inueterata persuasione in susceptis prauissime religionibus perseverauerunt. Gestio est conuictis manibus & hominum impia uanitate detecta. singularis dei asserere maiestatem. suscipiens utilius. & maius officium reuocandi homines a prauis itineribus. & in gratiam secum ipsos reducendi. ne se ut quidam phariis faciunt. tanto se despiciant. ne se infirmos. & superuacuos. & nihili. & frustra omnino natos putent. Quae opinio plerisque ad uitia compellit. Nam dum exastimant nulli deo nos esse curae. aut post mortem nihil esse futuros. totos se libidibus addicunt. & dulcere sibi putant hauriendis uoluptatibus sitienter incubunt. per quas imprudentes in laqueos mortis incurrunt. Ignorant etiam quae sit hominis ratio. quam si tenere uellent. imprimis deum suum agnoscerent. uirtute iustitiaeque sequerentur. terrenis figmentis animas suas non substernerent. mortiferas libidinum suauitates non appeterent. denique se ipsos magna estimarent. atque intelligerent plus esse in homine quam uidetur. Cuius uim conditionemque non aliter posse retineri. nisi cultum ueri parentis sui deposita prauitate susceperint. Eadem sicut oportet de summa rebus saepe uero cogitans admirari soleo maiestatem dei singularis. quae continet regitque omnia in tantam uenisse obliuionem. ut quae sola debeat coli. sola potissimum negligatur. homines autem ipsos ad tantam caecitatem esse deductos. ut uero ac uiuo deo mortuos praesferant. Terrenos autem sepultosque in terra. ei qui fundator ipsius terrae fuit. & tamen huic impietati hominum posset uenia concedi. si omnino ab ignorantia diuini nominis ueniret hic error. Cum uero ipsos deorum cultores saepe uideamus deum summum & confiteri & praedicare. quam sibi ueniam sperare possint impietatis suae. quae non agnoscunt cultum eius quae praesertim ignorari ab homine fas non est. Nam & cum iurant. & cum optant. & cum gratias agunt. non iouem aut deos multos. sed deum nominant. adeo ueritas ipsa cogente natura etiam ab inuitis pecto-

ribus et rumpit. quod quod non faciunt in prosperis rebus. Nam
 tum maxime deus ex memoria hominum elabitur cum bene-
 ficis eius fruente honorem dare diuine indulgentiae debet.
 At uero si qua necessitas grauius presserit. tunc deum recorda-
 tur. Si belli terror infremuit. si morborum pestifera uis incu-
 buit. si alimenta frugibus longa siccitas denegauit. si saeva
 tempestas. si grando ingruit. ad deum confugitur. a deo pe-
 titur auxilium. deus ut subueniat oratur. Si quis in mari ue-
 to seuiente iactatur. hunc inuocat. si quis aliqua ui affluat.
 hunc potius implorat. si quis ad extremam mendicandi necessi-
 tatem deductus uictum precibus exposcat. deum solum obtestat.
 per eius diuinum atque unicum nomen hominum sibi misericor-
 diam quaerit. Nunquam igitur dei meminerunt. nisi dum in
 malis sunt. Postquam metus deseruit. & pericula recesserunt.
 tum uero alacres ad deorum templa concurrunt. his libant. his
 sacrificant. hos coronant. deo autem quem in ipsa necessitate
 implorauerant. ne uerbo quod gratias agunt. A deo ex rerum
 prosperitate luxuria. ex luxuria uero ut uita omnia. sic impietas
 aduersus deum nascitur. Quanam istud ex causa fieri pu-
 termus. nisi esse aliquam perversam potentem quae uernans sit
 semper inimica. quae humanis erroribus gaudeat. cui unum
 ac perpetuum sit opus effundere tenebras. & hominum cae-
 care mentes ne lucem uideant. ne denique in caelum aspiciant
 ac nam corporis sui seruent. Nam cum coeteri aiantes
 prius corporibus in unum spectent. quod rationem ac sapi-
 entiam non acceperunt. nobis autem status rectus. sublimis uul-
 tus ab artifice deo datus sit. apparet istas religiones deorum
 non esse rationis humanae. quod curuant caeleste animal ad
 ueneranda terrena. Parens enim noster unus & solus cum finget
 hominem. id est animal intellegens & rationis capax. eum
 uero ex humo subleuatum ad contemplationem sui artificis
 erexit. Quod optime ingeniosus poeta signauit. Pronaque
 cum spectent aethalia coetera terram. Os hominum sublime de-
 dit. caelumque uidere iussit. & erectos ad sidera tollere uult.



Hinc utiq; ἀναστροφήν graeci appellauerunt. quod sursum
spectet. Ipsi ergo sibi renuntiant. seq; hominum noīe abdicant.
q non sursum aspiciunt. sed deorsum. nisi forte id ipsum qd
recti sumus sine cā hōi attributum putant. spectare nos cae-
lum d's uoluit utiq; non frustra. Nam & aues & ex mutis
pene oīa caelum uident. sed nobis pprie datum ē caelū rigi-
dis ac stantibus intueri. ut religionem ibi quaeram? ut deum
cuius sedes illa ē. qm oculis non possumus aīo contemplerur.
Quod pfecto non facit q aes aut lapidem quae sunt terra ue-
neratur. Est at prauissimum cum ratio corporis recta sit.
quod ē temporale. ipsum uō animum q sit aeternū humile
fieri. cum figura & status mōnl aliud significant nisi mēte
hōis eo spectare oportere. quo uultū & anīmū tam rectum
ēē debere. q corpus. ut id cui dñari debet imitetur. Verum
hōies & noīs sui & rationis oblitī oculos suos ab alto deiciūt.
solog; defigunt. ac timent opa digitorū suorū qī uero quicq; ēē
possit artifice suo manus. Quae igitur amentia ē. aut ea fin-
gere quae ipsi postmodum timeant. aut timere quae fin-
xerunt. Non ipsa inquit timeamus. s; eos ad quorū imaginē
ficta. & quorū nominibus consecrata sunt. Nempe ideo ti-
metis. quod eos in caelo ēē arbitramini. Neq; ei si dū sunt.
atq; fieri pot. Cur igitur oculos non in caelum tollitis. & ad-
uocatis eorū nominibus. in apto sacrificia celebratis. Cur ad
parietes & ligna & lapides potissimum q illo spectetis. ubi
eos ēē credatis. Quid sibi templa. qd arae uolunt. qd deniq;
ipsa simulachra. quae aut mortuorū. aut absentium monume-
ta sunt. Nam oīo fingendarū similitudinū ratio idcirco ab
hominibus inuenta ē. ut posset eorū memoria retineri. q uel
morte subtraherent. uel absentia fuerant sepati. Deos igitur i quorū
nūō reponemus. si in mortuorū. qd tam stultus ut colat. si
in absentium colendi ergo non sunt. si nec uident quae facim?
nec audiunt quae precamur. Si at dū absentes ēē non possunt.
qui qm diuini sunt. in quacūq; mundi parte fuerint uidet
& audiunt uniuersa. Supuacia ergo sunt simulachra illis

ubiq; praesentibus. cum satis sit audientium noia precibus ad uocare. At ei praesentes non nisi ad imagines suas assunt. Ita plane quemadmodum uulgus existimat mortuorum animas circa tumulos & corporum suorum reliquias oberrare. Sed tunc postquam deus ille praesto esse coepit. iam simulachro ei opus non est. Quaero ei si quis imaginem hominis peregre constituti contempletur saepius. & ex ea solatium capiat absentis. num idem sanus esse uideatur. si eo reuerso atque praesente in contemplanda imagine perseueret. eaque potius quam ipsius hominis aspectu frui uelit. numme profecto. & tamen hominis imago necia tamen uidetur cum procul abest. supuacua futura cum praesto est. Dei autem cuius nummen ac spiritus ubiq; diffusus abesse nunquam potest. semper utique imago supuacua est. sed uerentur ne omnis illorum religio inanis sit. & uana. si nihil in praesenti uideant quod adorent. & ideo simulachra constitunt. quae quia mortuorum sunt imagines similia sunt mortuis. Omni ei sensu carent. dei autem in aeternum uiuentis. uiuum ac sensibile debet esse simulachrum. Quod si a similitudine id nomen accepit. qui possunt ista simulachra deo similia iudicari. quae nec sentiunt nec mouentur. Itaque simulachrum dei non illud est quod digitis hominis ex lapide aut aere. alia uel materia fabricatur. sed ipse homo. qui sentit & mouetur. & multas magnasque actiones habet. Nec intelligunt homines ineptissimi quod si sentire simulachra & moueri possent. ultro adoratura hominem fuissent a quo sunt expolita. quae essent aut incultus & horridus lapis. aut materia informis ac rudis. nisi fuissent ab homine formata. Homo igitur illorum qui parens putandus est. pro cuius manibus nata sunt. pro qua figuram. speciem. pulchritudinem habere coeperunt. & ideo melior quam fecit. quam illa quae facta sunt. & in factorem ipsum nemo suspicit. aut ueretur. quae fecit timent tanquam possit plus esse in opere. quam in opifice. Recte igitur Seneca in libris moralibus. Simulachra inquit deorum uenerantur. illis supplicant. genu prostrato illa adorant. illis pro totam assidunt diem. aut astant. illi stupem iaciunt. uictimas cedunt. & cum haec tantope suscipiat.



fabros q̄ illa fecere contemnūt. Quid inter se tam contrariū. q̄ sta-
tuarum despiciere. Statuam adorare. & eum ne in conuictū q̄d
admittere. q̄ tibi deos faciat. quam ergo uim. quam potatem he-
re possunt. eum ipse q̄ fecit illa non heat. Sed ne haec q̄d dare
his potuit quae hebat. uidere. audire. loq̄. moueri. Quisq̄ ne
igitur tam ineptus ē. ut putet aliqd̄ ee in simulachro dei. i q̄
ne hoīs q̄d quicq̄ ē. praeter umbram. Sed haec nemo conside-
rat. Infecti sunt ei p̄suasione. ac mentes eorū penitus fucum
stultitiae p̄biderunt. Adorant. ergo insensibilia q̄ sentiūt. in-
rationabilia q̄ sapūt. exaruma q̄ uiuunt. terrena q̄ oriuntur
ē caelo. Inuat igitur uelut in aliqua sublimi specula constitutū.
un̄ uniuersi exaudiri possunt p̄sianū illud p̄clamare. O cur
ue in terras anime. & caelestium inanes. caelū poti⁹ intuemī.
ad cui⁹ spectaculū uos excitauit ille artifex uester d̄s. Ille uo-
bis sublimē uultum dedit. uos in terram curuamini. uos altas
mentes. & ad parentem suura cum corporib⁹ suis erectas ad
inferiora deprimitis. tanq̄ uos poeniteat non quadrupedes
ee natos. fas non ē caeleste aīal cum terrenis in terram uer-
gentibus uersari. Quid uos b̄ficiis caelestib⁹ orbati. proniq̄ i
humum urā sponte p̄cumbitis. Humi ei miseri uoluntamina
cum deorsum quaeritis quod in sublimi quaerere debuistis.
Nam ista mortalium digitorū. ludicra & fragilia figmenta. ex
quobb̄ materiae ḡne formata. qd̄ aliud sunt nisi terra ex
qua nata sut. Quid ergo rebus inferioribus subiacetis. qd̄
capitibus ur̄is terram supponitis. Cum ergo uos terrae sub-
mittitis humilioresq̄ facitis. ipsi uos uero ad inferos mergitis.
ad mortēq̄ damnatis q̄a nihil ē terra inferus & humilis
nisi mors & inferi. Quas si effugere uelletis. subiecta pedib⁹
ur̄is terram contemneretis corporis statu saluo. quod idcirco
rectum accepistis. quo oculos atq̄ mentem cum eo q̄ fecit confer-
re possētis. Contemnere autem & calcare terram nihil ali-
ud ē q̄ simulachra non adorare. q̄a de terra facta sunt. Ne
diuitias non concupiscere. uoluptates corporis spernere. q̄a opes
& corpus ipsum cui⁹ hospitiū utimur terra ē. Viuū colite ut



34
uiuatis. Moriatur ei necesse est. quod se suaque animam mortuis adu-
dicauit. Sed quod prodest ad uulgus & ad homines impuros hoc
in contionari. cum uideamus et doctos ac prudentes uiros. cum
religionum intelligant uanitate. nihilominus tamen in his ipsis quod
damnant colendis nescio qua prauitate persistere. Intelligebat
Cicero falsa esse quae homines adorarent. Nam cum multa dixisset
quae ad euersionem religionum ualerent. ait tamen non esse illa uul-
go disputanda. ne susceptas publice religiones talis disputa-
tio extinguat. Quid ei facies. quod cum errare se sentiat. ultero
ipse in lapides impingat. ut populus omnes offendat. ipse sibi
oculos eruat. ut omnes caeci sint. quod nec de aliis bene mereatur.
quos patitur errare. nec de se ipso quod alienis accedit erroribus.
nec utitur tandem sapientiae suae bono. ut factis impleat quod
mente praecipit. sed prudens & sciens pedem laqueo inserit. ut
simul cum ceteris. quos liberare ut prudentior debuit. & ipse
capiatur. quod non potest siquidem tibi Cicero uirtutis est. ex parte propter fa-
cere sapientem. digna res est. ubi omnes eloquentiae tuae uires ex-
ertras. Non est uerendum est ne te in tam bona causa deficiat oratio.
quod saepe et malas copiose ac fortiter defendisti. Sed nimirum
socratis carcerem times. ideoque patrocinium ueritatis suscipere non
audes. At mortem ut sapiens contemnere debuisti. & erat
multo pulchrius. ut ob benedicta potius quam ob maledicta morereris.
nec pius tibi laudis philippicae afferre potuerunt. quam discussus
error generis humani. & mentes hominum ad sanitatem tua
disputatione reuocare. Sed concedamus timiditati. quae in sa-
pientem esse non debet. Quid ergo ipse in eodem uersaris er-
rore. Video te terrena & manufacta uenerari. Vana esse
intelligis. & tamen eadem facis quae faciunt ipsi quos ipse stultis-
simos confiteris. Quid igitur profuit uidisse te ueritatem. quae
nec defensurus es. nec secuturus. Si libenter errant hi qui
errare se sentunt. quanto magis uulgus indoctum. quod pom-
pis manibus gaudet. atque puerilibus spectat omnia. oblectatur
frivolis. & specie simulachrorum capitur. nec ponderare se-
cum unquam rem potest. ut intelligat nihil colendum esse quod



oculis cernitur mortalibus. quia mortale sit necesse est. nec miran-
dum esse si deum non uideat. cum ipsi ne hominem quidem uideant.
quem uidere se credunt. Hoc est quod oculis subiectum est. non
homo. sed hominis receptaculum est. cuius qualitas & figura non ex lima
mentis uasculi quo continetur. sed ex factis ac moribus prouide-
tur. Qui ergo colunt simulachra. corpora sunt hominibus
carentia. quia se corporalibus dediderunt. nec uident plus ali-
quid mente quam corpore. cum sit animi officium. ea subtilius cernunt.
quae acies corporalis non potest intueri. Quos homines idem ille
philosophus ac poeta grauius accusat. tanquam humiles & abiectos. qui
contra naturae suae rationem ad ueneranda se terrena proster-
nant. Aut est Et faciunt animos hominum humiles formidine diuini.
depressosque premunt ad terram. Aliud quidem ille cum haec dice-
ret sentiebat. nihil utique colendum esse. quam diu humana non
curent. Denique alio loco religiones & cultus deorum inane esse
officium confitetur. Nec pietas ulla est uelatum saepe uideri.
Vertere se ad lapides atque oes accedere ad aras. Et prostrare
humi prostratum & pandere palmas Ante deum delubra. nec
aras sanguine multo Spargere quadrupedum. nec uotis nec
tere uota. Quae profecto si cassa sunt. non oportet sublimes
& excelsos animos auocari. atque in terram premi. sed nihil aliud
quam caelestia cogitare. Impugnatae sunt ergo a prudentioribus
falsae religiones. quia sentiebant esse falsas. sed non est inducta
uera. quia qualis aut ubi esset ignorabant. Itaque sic huerunt.
tanquam nulla esset ratio. quia ueram non poterant inuenire. & eo
dem modo inciderunt in errorem multo maiorem. quam illi qui falsa
tenebant. Nam isti fragilium cultores. quibus sunt inepti. quia
caelestia constituunt in rebus corruptibilibus atque terrenis.
aliquid in sapientiae reuinent. & hinc ueniam possunt. quia
sumum hominis officium. & si non re ipsa in proposito tenent.
Siquid hominum atque mutorum. uel solum. uel certe maximum
in religione discrimen est. Hi uero quanto fuerunt sapientiores.
quod intellexerunt falsae religionis errorem. tanto sunt facti
u stultius. quod esse aliquam ueram non putauerunt. Itaque

quoniam

35
quoniam facilius ē de alienis iudicare q̄ de suis dum aliorū pre-
cipuum uident. non prospexerunt qd̄ an pedes suos eēt. In utq̄
igitur parte & summa stultitia inuentur. & odor qdam sapien-
tiae. ut possis dubitare quos dicas potissimum stultiores. illos ne-
qui falsam religionem suscipiunt. an eos qui nullam. Sed ut
dixi uenia concedi pot̄ impitis. & q̄ se sapientes eē nō fatean-
tur. his uō non pot̄ q̄ sapientiam p̄fessi. stultitiam pot̄ exhib-
ent. Non sum eq̄d̄ tam iniquus ut eos putem diuinare potu-
isse. ut ueritatem per se ipsos inuenerent. quod ego fieri non
posse confitear. Sed hoc ab his exigo. quod ratione ipsa prae-
stare potuerunt. Facerent eī prouidentius. si & intelligerent
eē aliquam ueram. & falsis impugnatis apte pronuntiarent
eam quae uera eēt ab hominibus non teneri. Sed mouerit eos
fortasse illud. quod si qua uera eēt religio. exereret se ac uindi-
caret. nec pateretur eē aliud quicq̄. Videre eī nullo mō pote-
rant. quare aut a quo & quemadmodum religio uera opprime-
retur. quod ē diuini sacramenti. & caelestis archani. Id uero
nisi doceatur. aliqs scire nullo pacto pot̄. Summa rei haec ē. Im-
piti & insipientes falsas religiones pro ueris hēnt. quia neq̄
ueram sciunt. neq̄ falsam intelligunt. Prudentiores uō q̄ uera
nesciunt. aut in his quas falsas eē intelligunt p̄seuerant. ut
aliquid tenere uideantur. aut omnino nihil colunt ne incidat
in errorem. cum id ipsum maxima sit erroris. uitam pecudum
sub figura hominis imitari. falsum uō intelligere ē qd̄ sapien-
tiae. sed humanae. Ultra hunc gradum p̄cedi ab hoīe nō pot̄.
Itaq̄ multi p̄hoī religiones ut docui sustulerunt. Verum at
scire diuinae sapientiae ē. Homo at̄ p̄ seipsum p̄uenire ad hanc
scientiam non pot̄ nisi doceatur. Adeo p̄hi quod summū fuit
humanae sapientiae. assecuti sunt. ut intelligerent qd̄ nō sit.
illud assequi nequuerunt ut dicerent quid sit. Nota cicero-
nis uox ē. Utinam tam facile uera inuenire possem q̄ falsa
conuincere. Quod quia uires humanae conditionis excedit. ei
officii facultas nobis attributa ē. quibusq̄ tradidit d̄s sciām
ueritatis. cui explicandae quatuor posteriores libri seruiunt.



Nunc interim falsa ut coepim⁹ detegamus. Quid igitur mar-
 stas possunt hēre simulachra quae fuerunt in homunculi po-
 testate. uel ut aliud fierent. uel ut omnino non fierent? Id
 circo apud Horatium priapus ita loquitur. Olim trunc⁹ eram
 ficulnus inutile lignum. Cum faber incertus scamū faceret
 ne priapum. maluit ēē deum. d^s inde ego. furum auūq;
 maxima formido. Quis non sit tanto hoc custode securus?
 fures ei tam stulti sunt. ut priapi tentiginem timeant. cum
 aues ipse quas terrore falcis aut inguinis abigi existimat.
 simulachris fabrefactis. idest hominum plane simulib⁹ insi-
 diant. nudificent. inquinant. Sed flaccus ut satirici car-
 minis scriptor derisit hominum uanitatem. Verum hi q⁹
 faciunt. seriam rem se facere opinantur. Deniq; poeta ma-
 ximus. hō in coeteris prudens. in hoc solo non poetice. sed
 amitr. desipit. cum in illis emendatissimis libris etiam fieri
 hoc iubet. Et custos furum atq; auuum cum falce saligna.
 Hellepontiaci seruet tutela priapi. Adorant ergo mortalia
 aut a mortalibus facta. Frangi ei. cremari. p⁹ire possunt.
 Nam & tectis uetustate labentibus saepe communi solent.
 & consumpta incendio dilabuntur in cinerem. & plerūq;
 nisi sua illis magnitudo subuenerit. aut custodia diligens
 sepsit in praedam furibus cedunt. Quae igitur insana
 ē ea timere. p⁹ quibus aut ruinae. aut ignes. aut furta time-
 antur? Quae uanitas. ab his aliquam sperare tutelam. quae
 tueri semetipsa non possunt? Quae pueritas ad eorū prae-
 sidia decurrere. quae ipsa cum uiolantur. multa sunt. nisi
 a colentibus uindicentur. Vbi ergo ueritas ē? ubi nulla uis
 adhiberi pot⁹ religioni. ubi nihil quod uiolari pot⁹ apparet. ubi
 sacrilegium fieri non pot⁹. Quicquid at oculis manibusq;
 subiectum ē. id uō q⁹ fragile ē ab oī ratione immortalitatis
 alienum ē. Frustra igitur hoīes auro. aebore. gemmis deos
 excolunt. & exornant. q⁹ uō ex his rebus ullam possint
 cape uoluptatem. Quis usus ē pretiosorū munerum nihil
 sentientibus? An ille qui mortuus? Pari ei ratione defunct⁹

toy corpora odoribus ac pretiosis uestibus inlita & conuo-
 luita. huiusmodi qua deos honorant. q neq; cum fieret
 sentiebant. neq; cum coluntur sciunt. Nec ei sensum conse-
 cratione sumpserunt. Non placebat persio quod aurea
 uasa templis inferantur. supuacuum putanti ee inter reli-
 giones. quod non sanctitatis. sed auaritia sit instrumētū.
 Illa ei satius e deo quem recte colas inferre pro munere
 compositum ius fasq; aīo sanctosq; recessus mentis. & in-
 codum gnōso pectus honesto. Egrege sapienterq; sensit
 Verum illud ridicule subdidit. hoc ee aurum in templis.
 quod sint donatae ueneri a uirgine pupae. quas ille obtu-
 nutiue fortasse contempserit. Non uidebat ei simulachra
 ipsa & effigies deoy Polycliti & Eufranoris & Phidiae
 manu ex auro atq; aebore pfectas. nihil aliud ee q grandes
 pupas. non a uirginibus quoy lusiuis uenia dari pot. s;
 a barbaris hominibus consecratas. Merito igitur et senū
 stultitiam Seneca deridet. Non inqt bis pueri sum. ut
 uulgo dicitur. sed semp. uerum hoc interest quod maiora
 nos ludimus. Ergo his ludicris & ornatis & grandibus
 pupis. & unguenta & thura & odores inferunt. his opi-
 mas & pingues hostias imolant. quibus e qd os. sed ca-
 res officio detrium. his peplos & indumenta preciosa. qd
 usus uelaminis nullus e. his aurum & argentū consecrat
 quae tam non hent qui accipiunt q q illa donarunt. Nec
 imerito Dionysius siciliae tyrannus post uictoriam graecia
 potitus. deos tales contempserit. spoliavit. illuxit. Si qd sacri-
 legia sua iocularib' et dictis psequeretur. Nam cum ioui
 olympio aureum amiculum detraxisset. laneū uissit impo-
 ni. dicens. estate ee graue aurum. hieme frigidum. laneū
 uo utriq; ipri aptum. Idem auream barbam detrahens
 aesculapio. incongruens & iniquū ee ait. cum apollo pater
 ei uerbis adhuc eet ac leuis. priorem filium q patrem
 barbatum uideri. item pateras & exuias. & parua quae
 dam sigilla quae simulachroy protentis manib' tenebatur



detrahebat. & accipe se illa non auferre dicebat. Per q̄ ei stultū
ēē & ingratum. nolle accipe ab his ultro porrigentibus. a qb̄
bona sibi hoīes precarentur. Haec ille fecit impune. q̄ rex
& uictor fuit. Quinetiā secuta ē eum solita felicitas. Vixit
ēi usq; ad senectutem. regnūq; p̄ manū filio tradidit. In eo igit̄
q̄ hoīes sacrilegia uindicare non poterant. oportuit deos ipsos
sui iudices ēē. At si humilis quid tale cōmiserit. huic pre-
sto sunt flagella. ignes. acculei. cruces. & quicq̄d excogita-
re iratis ac furentibus licet. Sed cum puniunt deprehēsos
in sacrilegio. ipsi de deorū suorū potate diffidunt. Cur ēi nō
ipsis potissimum relinquunt ulciscendi sui locum. si eos posse
aliquid arbitrantur. Quinet̄ putant illorū numine accidis-
se ut praedones rerū sacrarū comprehensi tenerentur. &
seuunt non tam ira q̄ metu. ne si deorū iniuriam non iū-
dicauerint. ipsos expectant poenae. incredibile scilicet uanita-
te. q̄ nocituros sibi deos putent ob aliena scelera. qui ipsis a
quibus uiolati spoliatiq; sunt. p̄ se ipsos nihil nocere potuerit.
At ēi saepe ipsi q̄ in sacrilegos uindicauerunt. pot̄ id uel ca-
su accidisse. quod aliquā. non semp̄. Sed t̄n paulo post quom̄
id acciderit ostendam. Nunc interim quaero cur illa tot
& tanta sacrilegia in dionysio non uindicauerunt. q̄ nō fur-
tim sed palam ludibrio deos hūit. Cur hunc tam potentem
sacrilegum a templis. a cerimonis. ab imaginibus suis non
arcuerunt. cur et sacris rebus ablatis p̄spere nauigauit.
quod ioco ipse testatus ē ut solebat. Videtisne inqt̄ comi-
tibus suis naufragium timentibus q̄ prospera sacrilegis na-
uigatio ab ipsis diis imortalibus tribuatur. Sed hic fortas-
se a platone didicerat deos nihil ēē. Quid. C. uerres que
Tullius accusator eius eidem dionysio & falaridi & tyra-
nis omnibus comparat. nōne omnem siciliam compilauit
sublatis deorū simulachris ornamentisq; fanorū. Ociosum ē
p̄sequi singula. unum libet cōmemorare. in quo accusator
omnibus eloquentiae uiribus. omni deniq; conatu uocis &
corporis deplorauit de cerere. uel catinensi. uel heimenfi.

quarum alterius tanta fuit religio . ut adire templi eius secreta
 penetralia uiris nefas eet . alterius antiquitas tanta . ut omnes
 historiae loquantur ipsam deam fruges in herne solo p̄mū
 repperisse . filiaq; eius uirginem ex eodem loco raptam . De
 niq; gracchanis temporibus turbata re . p . & seditionibus &
 ostentis cum reatum eet in carminibus sibyllinis antiquissima
 cererem debere placari . legati sunt herennam missi . Hec igitur
 ceres uel religiosissima . quam uidere maribus ne adorandi
 q̄dem gratia licebat . uel antiquissima quam . S . P . Q . R . sacri
 ficus domusq; placauerat . ex archanis ac uetustis penetralib;
 a . C . uerre iussis latronibus seruis impune sublata est .
 Idem uo cum affirmaret se a siculis ut causam suscipet ora
 tum prouintiae . his usus e uerbis . sese iam ne deos q̄d in suis
 urbibus ad quos confugerent herere . quod eorū simulachra sanct
 tissima . C . uerres ex delubris religiosissimis sustulisset . q̄i uo
 si uerres ex urbibus delubrisq; sustulerat . de caelo q; sustu
 lerat . Vnde apparet istos deos nihil herere in se amplius q̄ ma
 teriam de qua sunt fabricati . Nec imerito ad re . M . tullii .
 hoc e ad hominem saeculi confugerunt . qm̄ triennio sunt ex
 p̄ti deos illos nihil ualere . Essent ei stultissimi si ad eos ob
 defendendas iniurias hominum confugissent . qui C . uerri
 nec p se ipsis irati ee potuerunt . At ei uerres ob haec faci
 nora damnatus e . Non ergo du uindicauerunt . s; cicerois
 industria . qua uel defensores eius oppressit . uel gratiae re
 stitit . Quid quod apud ipsum Verrem non fuit ulla dam
 natio . sed uacatio . ut queadmodum dionysio deorū spolia ge
 stanti du imortales bonam dederant nauigationem . sic etia
 Verri bonam quietem tribuisse uideantur . in qua sacrilegus
 suis tranquille frui posset . Nam frementibus postea bel
 lis euilibus . sub obtentu damnationis ab omni periculo ac
 metu remotus . aliorū graues casus ac miserabiles exitus au
 diebat . & qui cecidisse solus uniuersis stantibus uidebatur .
 is uo uniuersis cadentibus stetit solus . donec illum & opib;
 sacrilegio partis . & uita satiatum . ac senectute confectū pro



siculi

Verres

scriptio triuuiralis auferret eadem scilicet quae tullium uio
latae deorū maiestatis ultorem. Quinetia felix in eo ipso fu
it. quod ante suam mortem crudelissimum exitum sui accu
satoris audiuit. diis uidelicet prudentibus. ut sacrilegus ac
praedo ille religionum suarū non an moreretur. q̄ solatū
de ultione cepisset. Quanto igitur rectius ē omissis insen
sibilibus & uanis. oculos eō tendere. ubi sedes. ubi habitatio
ē dei ueri. qui terram stabili firmitate suspendit. q̄ caelū
distinxit astris fulgentibus. q̄ solem rebus humanis claris
simum ac singulare lumen. in argumentum suae unicae
maiestatis accendit. terris at maria circumfudit. flumina
sempiterno lapsu fluere precepit. iussit & extendi capos
sub fidere ualles. Fronde regi siluas. lapidosos surgere mo
tes. Quae utiq; oīa non iuppiter fecit. q̄ an̄ aīos mille sep
tingentos natus ē. sed ille opifex rerū. mundi melioris origo.
qui uocatur deus. cuius principium qm̄ non pot̄ comprehend
ne quaeri debet qd̄. Satis ē hōi ad plenam p̄fectāq; pru
dentiam. si deum eē intelligat. Cuius intelligentiae uis
& summa haec ē. ut suspiciat. & honorificet cōmunem
parentem gn̄is humani. & rerū mirabiliū fabricatōrē. Vn
qdam hebetis obtusiq; cordis. aelementa quae & facta sūt
& carent sensu tanq̄ deos adorant. Qui cum dei opa mira
rentur. idest caelum cum uariis luminibus. terram cū cam
pis & montibus. maria cum fluminibus & stagnis & fon
tibus earū rerū admiratione obstupescit & ipsius artifi
cis obliti quem uidere non poterant. opa eius uenerari &
colere coeperunt. nec unq̄ intelligere quuerunt. q̄to ma
ior. quanto mirabilior sit. q̄ illa fecit ex nihilo. Quae cum
uideant diuinis legibus obsequentia. cōmodis atq; usibus
hōis p̄petua necitate famulari. in illa deos existimant
eē. ingrati aduersus b̄nficia diuina. q̄ deo & p̄ri indulgen
tissimo sua sibi opa praetulerunt. Sed qd̄ mirum si aut
barbari aut impii hōes errant. cum et p̄tri stoicae discipli
nae in eadem sint opinione. ut oīa caelestia quae mouent.

in deorū nūō hēnda eē censeant. Si qđ Lucius storicus apđ
 Ciceronem sic loquitur. Hanc igitur in stellis constantiam
 hanc tantam in tam uariis cursibus in omni aeternitate con-
 uenientiam temporū. non possum intelligere sine mente. ra-
 tione. consilio. Quae cum in sideribus eē uideam. non pos-
 sumus ea ipsa non in deorū nūō ponere. Item paulo supius.
 Restat inquit ut motus astroꝝ sit uoluntarius. quae qui
 uideat non indocte solum. uerūē impie faciat si deos eē
 neget. Nos uō & qđ constanter negamus. ac uos o pñi nō
 solum indoctos & impios. uerūē caecos. ineptos. deliros p-
 bamus. q̄ ignorantiam impitorū uanitate uicistis. Illi eni
 solem & lunam. uos et sidera deos putatis. Tradite igitur
 nob̄ stellaz̄ myſteria. ut aras ac templa singulis erigam.
 ut sciamus quo quāq; ritu. quo die colamus. quib; nomini-
 bus. quibus precibus aduocemus. nisi forte nullo discrimi-
 ne. tam inuābiles. tam minutos deos acernatum colere de-
 bemus. Quid quod argumentum illud quo colligunt uniuersa
 caelestia deos eē. in contrarium ualeat. Nam si deos id
 circo eē opinantur. q̄ certos & rationabiles cursus hēnt.
 errant. Ex hoc eī apparet deos non eē. quod exorbitare illi
 a praestituus itineribus non licet. Coeterum si dū eēnt.
 huc atq; illuc passim sine illa necitate ferrentur. sicut a-
 nimantes in terra. quorū q̄ liberae sunt uoluntates. huc
 atq; illuc uagantur ut libuit. & quo quāq; mens duxerit.
 eo fertur. Non e igitur astroꝝ motus uoluntarius. sed
 necius. q̄ praestituus legibus officiūq; deseruiunt. Sed cū
 disputaret de cursibus siderū. quos ex ipsa rerū ac tporū
 congruentia intelligebat non eē fortuitos. existimauit uo-
 luntarios eē. tanq̄ non possent tam disposite. tā ordinate
 moueri. nisi sensus illis in eēt officiū sui sciens. O qđ diffici-
 lis e ignorantibus ueritas. & qđ facilis scientibus. Si motus
 inqt astroꝝ fortuiti non sunt. nihil aliud restat. nisi ut
 uoluntariū sint. imo uō ut non eē fortuitos manifestū e.
 ita nec uoluntarios. Quomodo igitur in conficiendis itinerib;



ARCHIMEDES
SICVLVS.

constantiam suam seruant. nimirum deus uniuersi artifex sic illa disposuit. si machinatus e. ut p spatia caeli diuina & admirabili ratione decurrerent. ad efficiendas succedentium sibi tporū uarietates. An archimedes siculus concauo aere similitudine mōdi ac figuram potuit machinari. in quo ita solem lunāq; composuit. ut inaequales motus & caelestibus similes conuersionibus singulis q̄ diebus efficerent. & non mō accessus solis ac recessus uel incrementa. diminutionesq; lunae. uerū etiā stel larū uel inerrantium uel uagaz. dispares cursus orbis ille diuertitur exhiberet. Deus ergo illa uera non potuit machinari & efficere. quae potuit solertia hoīs imitatione simulare. Vtrū ne igitur stoicus si astroz figuris in illo ere pictas effictasq; uidisset. suo illa consilio moueri diceret. ac non potius artificis ingenio. Inest ergo sideribus ratio ad pagendos metatis suos apta. sed dei e illa ratio. q̄ & fecit & regit omnia. non ipsoz siderum quae mouentur. Nam si solem stare uoluisset. perpetuus utiq; dies eēt. Item si motus astra non haberent. quis dubitat sempiternam noctem fuisse. Sed ut diei ac noctis uices eēt. moueri ea uoluit. & tam uarie moueri. ut nō modo lucis atq; tenebraz mutuae inconstitudines fierent. quibus laboris & quietis alterna spatia constarent. sed etiā frigoris & caloris. ut diuersoz tempoꝝ uis ac ptas uel generandis uel maturandis frugibus conueniret. Quā solertia diuinae potatis in machinandis itineribus astroz. q̄a p̄ti nō uidebant. aīalia eē sidera putauerunt. tanq̄ pedibus & sponte non diuina ratione pcederent. Cur at illa excogitauerit d̄s. quis non intelligit. scilicet ne solis lumine decedente nimirum caeca nox tetrīs atq; horrentibus tenebris ingrauesceret. noceretq; iuuentibus. Itaq; & caelum simul mira uarietate distinxit. & tenebras ipsas multis minutisq; luminib; tempauit. Quanto igitur naso prudenti q̄ illi q̄ sapientiae studere se putant. q̄ sentit a deo lumina illa ut horrorem tenebraz depellerent instituta. Is eum librum quo fenomenā breuiter comprehendit. his tribus uersibus terminauit. Tot

39
nūo taliq; d's simulachra figura Imposuit caelo. p quae atras
sparsa tenebras Clara pruinosae iussit dare lumina nocti. Qd
si fieri non pot ut stellae dū sunt. ergo ne sol qd ac luna dū
ēē possunt. qm lumimbus astroꝝ non ratione differunt. s;
magnitudo. Quod si hi dū non sunt. ergo nec caelum qdem.
in quo illa oīa continentur. Simili m si terra quam calcamus.
quam subigimus & colimus ad uictum deus non ē. nec campi
qd ac montes dū erunt. Si hi non sunt. ergo ne tellus qde
uniuersa deus uideri pot. Item si aqua quae seruit animantib;
ad usum bibendi. aut lauandi deus non ē. ne fontes qd. ex q
bus aqua pfluit. Si fontes non sunt. ne flumina qdem que
de fontibus colliguntur. Si flumina q; dū non sunt. ergo &
mare quod ex fluminibus constat. deus heri non pot. Quod
si neq; caelum. neq; terra. neq; mare. quae mundi partes sunt.
dū ēē non possunt. ergo ne mundus qd totus deus ē. que
udem ipsi stoyci & animantem & sapientem ēē contendunt.
& ppea deum. in quo tam inconstantes fuerunt. ut nihil ab
his dictum sit. quod non ab isdem fuerit euersum. Sic enī
argumentantur fieri non posse. ut sensu careat. quod sensibi
lia ex se gnat. Mundus at gnat hominem q ē sensu praedi
tus. ergo & ipsum ēē sensibilem. item sine sensu ēē nō posse.
cuius pars beat sensum. Igitur qa hō sensibilis ē. et mundo
cuius ps hō ē. inesse sensum. Propositiones qd uerae sunt.
& sensibile ēē quod sensu praeditum gignat. & herē sensum.
cuius pars sensu aucta sit. sed assumptiones falsae. qbus ar
gumenta concludunt. qa neq; mundus gnat hominem. neq;
hō mundi pars ē. Nam hominem a principio idem d's fecit
qui & mundum. & non ē mundi pars hō. sicut corporis
membrum. Pot ei mundus ēē sine hoīe. sicut urbs & domus.
Atq; ut domus unius hoīs hitaculu ē. & urbs unius ppli.
sic & mundus domiciliu totius gnīs humani. & aliud ē
quod incolitur. aliud ē quod incolit. Sed illi dum student
id quod falso susceperant confirmare. & sensibilem ēē mūdu
& deum argumentoz suoz consequentia non uiderunt.



Nam si mundi pars est homo. & sensibilis est mundus. quia homo sentit. ergo quia mortalis est homo. mortalis sit & mundus necesse est. nec tamen mortalis. sed & omnibus morbis passionibusque subiectus. & est contrario. si deus est mundus. & partes eius utique immortales sunt. Ergo & homo deus est. quia pars est ut dicitis mundi. Si homo ergo iumenta & pecudes. & coetera genera bestiarum & avium. & piscium. quoniam & illa eodem modo sentiunt & mundi partes sunt. At hoc tolerabile est. nam & haec colunt aegyptii. Sed res eo pervenit. ut & ranas. & culices. & formicae dum esse videntur. quia & ipsis inest sensus. & ex parte mundi sunt. Ita semper argumenta ex falso petita. ineptos & absurdos exitus habent. Quid quod idem ipsi aiunt. deorum & hominum causa mundum esse constructum. quasi communem domum. Ergo mundus nec deus est. nec animans. si constructus est. Animans enim non construuntur. sed nascitur. & si aedificatus sit utique tanquam domus tanquam navis. Est ergo aliquis artifex mundi deus. & seorsum erit mundus qui factus est. seorsum ille qui fecit. Jam illud quod repugnans & absurdum. quod cum caelestes ignes coeteraque mundi aelementa deos esse affirmant. item mundum ipsum deum dicunt. Quomodo potest ex multorum deorum aceruo unus deus confici? Si astra dum sunt. mundus ergo non deus. sed domicilium deorum est. Si vero mundus deus est. ergo illa omnia quae sunt in eo dum non sunt. sed dei membra. quae utique solidi nomen accipere non possunt. Nec enim recte quis dixerit membra hominis unius. multos homines esse. Sed tamen non est similis comparatio animalis & mundi. Animal enim quia sensu praeditum est. etiam membra eius habent sensum. nec nisi a corpore divulsa putrescunt. Cuius igitur rei similitudinem gerit mundus? nimirum ipsi docent. cum factum esse non diffitentur. ut esse deus & hominibus quasi communis domus. Si ergo est constructus ut domus. nec ipse deus est. nec aelementa quae sunt partes eius. quia neque domus habere dominium sui potest. neque de quibus domus constat. Non tamen igitur veritate. sed etiam verbis suis reuincuntur. Sicut enim domus in usum habitandi facta per se nihil sentit.

dominoq; subiecta ē qui eam fecit aut incolit. ita mundus
p se nihil sentiens. factori deo subiaceret. qui eum in usum sui
fecit. Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus. primū
quod elementa. idest dei opa deo praeferunt. dein quod
elementorū ipsorū figuras humana specie comprehensas co-
lunt. Nam solis lunaeq; simulachra humanum in modū
formant. Item ignis & terrae & maris quae illi uulcanū.
uestam. neptunum uocant. nec elementis ipsis in aperto li-
tant. Tanta hoīes imaginum cupiditas tenet. ut iam uibora
ducantur illa quae uera sunt. auro scilicet & gemmis & ebo-
re delectantur. Hoī pulchritudo ac nitor praestringit o-
culos. nec ullam religionem putant. ubicūq; illa non fulserit.
Itaq; sub obtentu deorū auaritia & cupiditas colitur. Credit
ei deos amare quicquid ipsi concupiscunt. quicquid ē p qd
furta & homicidia. & latrocinia quotidie faciunt. p quod
bella p totum orbem p̄tos urbesq; subuertunt. Consecrant
ergo diis manubias & rapinas suas. quos certe necesse est
imbecillos ēē ac summae uirtutis expertes. si subiecti sunt
cupiditatibus. Cur ei caelestes eos putemus. si desiderant
aliquid e terra. uel beatos si aliqua re indigent. uel incorrup-
tos. si uoluptati hēnt ea. in quibus appetendis cupiditas hoīū
non imerito damnatur. Veniunt igitur ad deos non tā re-
ligionis grātia quae nulla pot ēē in rebus male paratis &
corruptibilibus. quam ut aurum oculis hauriant. nitorem
leuigati marmoris aut eboris aspiciant. ut insignes lapillos.
& coloribus uestes. uel distincta gemmis fulgentibus pocula
insatiabili contemplatione contrectent. & q̄to fuerint or-
natiōra templa. & pulchriora simulachra. tanto plus
maiestatis hēre creduntur. adeo religio eorū nihil ē aliud
q̄ quod cupiditas humana miratur. Hae sunt religioēs
quas sibi a maioribus suis traditas p̄tinacissime ueri ac
defendere p̄seuerant. nec considerant quales sunt. sed
ex hoc probatas atq; ueras ēē confidunt. quod eas uete-
res tradiderunt. tantaq; ē auctoritas uetustatis. ut inq;



rere in eam scelus esse dicatur. Itaque creditur ei passim tanquam
cognitae ueritati. Deinde apud ciceronem dicit sic. Cotta lu-
cilio. Habes balbe quid Cotta. quid pontifex sentiat. fac
nunc ego intelligam quod tu sentias. A te enim pro rationem re-
ligionis accipere debeo. Maioribus autem nostris est nulla ratione
reddita. rationis est credere. Si credis. cur ergo rationem re-
quis. quae potest efficere ne credas. Sin rationem re-
quis. & quae
rendam putas. ergo non credis. Ideo enim quaeris ut eam sequi-
ris cum inueneris. docet te ecce ratio non esse ueras religi-
Deum uero esse patrem eundemque dominum utriusque ignorauerunt. tam cultores deorum quam ipsi sapientiae professores. qui aut nihil omnino colendum putauerunt. aut religiones falsas approbauerunt. aut et si uim potentemque summi dei intellexerunt. ut plato. qui ait unum esse fabricatorem mundi deum. & M. tullius qui fateatur hominem praecleara quadam conditione a summo deo esse generatum. tamen ei debitum cultum tanquam summo patri non reddiderunt. quod erat consequens ac necessarium. Deos autem neque patres neque dominos esse posse. non tamen multitudo ut supra ostendi. sed et ratio declarat. quia neque fictum esse a diis hominem traditur. neque deos ipsos antecedere originem hominis inuenitur. Si quidem fuisse in terra homines antequam uulcanus & liber & apollo & ipse iuppiter nasceretur appareret. sed neque saturno fictio hominis. neque caelo patri eius assignari solent. Quod si nullus eorum qui coluntur. formasse a principio atque instituisse hominem traditur. nullus igitur ex his pater hominis nuncupari potest. ita ne deos quidem. ergo fas non est uenerari eos a quibus non sit homo generatus. quia neque a multis generari potest. Unus igitur ac solus coli debet. qui iouem & saturnum. qui caelum ipsum terramque antecessit. Is enim necesse est hominem figurauerit. qui ante hominem caelum terramque profecit. solus pater uocandus est qui creauit. Solus dominus nuncupandus qui regit. qui habet uitae ac necis ueram & perpetua potentem. quem qui non adorat & insipiens seruus est qui dominum suum aut fugiat aut nesciat. & impius filius qui suum uerum patrem uel odit uel ignorat. Nunc quoniam docui sapientiam & religionem non posse didici. superest ut de ipsa religione ac sapientia differamus. Sermo quidem qui sit difficilis de rebus caelestibus disputatio. sed tamen audendum est ut illustrata ueritas pateat. multumque ab errore atque interitu liberentur. qui eam sub uelamine stultitiae latentem aspernantur ac respiciunt. Sed priusquam incipiam de deo & opibus eius dicere. pauca tamen de prophetis ante dicenda sunt. quorum testimonium nunc uti necesse est. quod in prioribus libris ne facerem tempauit. Ante omnia qui ueritatem studet comprehendere. non modo intellegendis pro

phetarum uocibus annum debet intendere. sed et ipsa per quae
 quaeque illorum fuerit diligentissime ingredi ut sciat & quae fu-
 rum praedixerunt. & post quot annos praedicta completa
 sunt. Nec difficultas in his colligendis inest ulla. Testati sunt
 etiam sub quo quisque rege diuini spiritus fuerit passus instandū.
 Multaque scriptos libros de ipsis ediderunt inuicem facientes
 a propheta moysi. quod troianum bellum septingentos fere annos
 antecessit. is autem cum per annos quadraginta populum rexisset.
 successorem habuit iesum. qui septem & uiginti annis tenuit prin-
 cipatum. Exin sub iudicibus fuerunt per annos trecentos sep-
 tuaginta. Tum imutato statu reges habere coeperunt. quibus impe-
 rium tenentibus per annos quadringentos quinquaginta usque
 ad Sedechiae regnum. oppugnati a rege babilonio captique
 iudei diuturnum seruitium protulerunt. donec septuagesimo
 post anno Cyrus maior captiuos iudeos terris ac sedibus suis
 redderet. qui per iddem tempus in peruersas suscepit impiū. quo
 romae Tarquius superbus. quare cum omnis temporum series. &
 ex iudaicis & ex graecis romanisque historiis colligatur. etiam
 singulorum prophetarum tempora colligi possunt. quorum sane ultimum
 zaccharias fuit. quem constat sub dario rege. secundo anno regni
 eius octauo mense cecinisse. adeo antiquiores etiam graecis scrip-
 toribus prophetae reperiuntur. quae omnia eo profero. ut errorem suū
 sentiant. qui scripturam sanctam coarctare nituntur. tanquam
 nouam & recens fictam. ignorantes ex quo fonte religionis
 sanctae origo manauerit. quod si quis collectis prospectisque te-
 poribus fundamentum doctrinae salubriter iecerit & ueritate
 penitus comprehendat. & errorem cognita ueritate deponat.
 Deus igitur machinator constitutorque rerum. sicut in secundo
 libro diximus. antequam praeclearum hoc opus mundi adoriretur.
 sanctum & incorruptibilem. & irreprehensibilem spiritum
 genuit. quem filium nuncupauit. & quos alios postea per
 ipsum innumerales creauit. quos angelos dicimus. hunc in
 solum primogenitum diuini nominis appellatione dignatus est.
 patria scilicet uirtute ac maiestate polentem. Esse autem sumu



[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]

Dns & omnium creator deorum
que dnm uocare censent quia
scdm fecit deum uisibilem & sen-
sibilem. sensibile autem aio non quod
ipse sentiat. de hoc enim est utrum
ipse sentiat: si quia in sensu sum-
mittit ex mente. Quod ergo cum fecit
primum & solū & unū: bonū autem
ei uisus est & plenissimū omnium
bonorum: significauitque & ualde
amauit quasi suum filium.

Omnium nutritore creatorem
que dulcem spiritum omnibus apposuit &
principem deorum omnium fecit.
Nūc dedit deus fidelibus uiris ho-
norare.

Ipsum tuum cognosce deum que
dei filius est.

Creatorem dei.
Consiliarium.

dei filium. que sit potestate maxima praeditus. non tam congruen-
tes in unum uoces prophetarum. sed et trismegisti praedicatio. & si-
byllarum uaticinia demonstrant. hermes in eo libro qui. ΛΟΓΟΣ
ΤΕΛΕΙΟΣ inscribitur. his usus est uerbis. ὁ κύριος καὶ τῶν πάν-
των ποιητῆς ὃν θεὸν καλεῖν ἠνενομήκαμεν ὅτι ἐπεὶ τὸν
δευτέρον ἐποίησε θεὸν, ὄρατον καὶ αἰσθητὸν, αἰσθη-
τὸν δὲ φησὶ ὅτι διὰ τὸ ἀσεβεῖν αὐτὸν, περὶ γὰρ τὸ
ὑποπότερον αὐτὸς αἰσθοῖτο, ἀλλοτρίως αἰσθῆσιν ὑπο-
πέμπει ἐκ νόου, ὅτι ὄντων τούτων ἐποίησε πρῶτον καὶ μό-
νον καὶ ἓνα. καλὸς δὲ ἐφάνη αὐτῷ καὶ πληρέστα-
τος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἠγασέτε, καὶ πάντῃ ἐφίλη-
σεν ὡς ἴδιον τόκον. Sibylla erythraea in carminibus suis pri-
cipio quod a summo deo exorsa est filium dei ducem & imperato-
rem omnium his uersibus praedicat. ΠΑΝΤΟΤΡΟΦΟΝ ΚΤΙΣ-
ΤΗΝ ὅστις γλυκὺ πνεῦμα ἀπέσι κατέβητο. καὶ ἠγήτο-
ρα θεῶν πάντων ἐποίησε. Et rursus in fine. ἄλλοι ἐ-
δάσκε θεοσπίστοις ἀνδράσι τεραίρειν. Et alia sibyl-
la praecipit huic oportere cognoscaere αὐτὸν συνήκωσκε
θεὸν, θεὸν ὕιον ἑόντα. Videlicet & ipse est dei filius. que per
salomonem sapientissimum regem diuino spiritu plenū locutus
est ea quae subiiciemus. Deus condidit me in initio uiaarum suarum.
in opera sua ante saeculum fundauit me. In principio antequam ter-
rum faceret. antequam abyssos constitueret. priusquam procederent fon-
tes aquarum. ante omnes colles genuit me dominus. Fecit religi-
ones & fines inhabitabilis sub caelo. Cum pararet caelos ad e-
ram illi. & cum secerneret suam sedem. cum super uentos fa-
ceret ualidas nubes. & cum confirmatos ponebat montes sub
caelo. quoniam fortia faciebat fundamenta terrae. eram penes illi.
disponens ego enim. cui adgaudebat. quotidie autem iocundabar
ante faciem eius. cum laetaretur orbe perfecto. Idcirco autem illum
trismegistus. ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ. Et sibylla.
ΚΥΜΒΟΥΛΟΝ appellat. quod tanta sapientia & uirtute sit
instructus a deo patre ut consilio eius & manibus uteretur in fa-
bricatione mundi. Fortasse aliquis quaerat hoc loco. qui sit

iste tam potens. tam deo carus. & quod nomen heat. cui pri-
 ma natiuitas nō modo accesserit mundum. ueget prudentia
 disposuerit. uirtute construxerit. Primum scire nos conue-
 nit nomen ei ne angelis qđ notum ē q morantur in caelo.
 sed ipsi soli ac deo patri. nec ante id publicabitur. ut ē san-
 ctis lris traditum. qđ dispositio dei fuerit impleta. dein nec
 enuntiam posse hoīs ore. sicut hermes docet haec dicens.

αἰτία δὲ τούτου τὸν αἰτίου, ἢ τὸν βέριον ἀγαθοῦ βού-
 λησις ἢ βῆ προήνεγκεν, οὗτο ὄνομα οὐδ' ἀνάται ἀμβρω-
 πῖω στόματι λαληθῆναι. Et paulo post ad filiu. ἐστὶ
 γὰρ τίς ὡ τέκνον ἀπορρητός λόγος σοφίας, ὁσίος,
 περὶ τοῦ μονοῦ κυρίου πάντων καὶ προεγνωμέ-
 νου θεοῦ. ὃν εἰπεῖν ὑπερ' ἀνοητός ἐστι. Sed quis nomen

ei quod ei a principio pater summus imposuit. nullus ali' pater
 ipsum sciat. Nec in & inter angelos aliud uocabulu. &
 inter hoīes aliud. Iesus quippe inter hoīes noiatur. Na christus
 non proprium nomen ē. sed nunciatio ptatis & regni. Sic
 ei iudei reges suos appellabant. sed exponenda ē hui' noīs
 ratio propter ignorantium errorem. qui eum inuitata lra
 christum solent dicere. Erat iudeis an praecceptum ut sacru
 conficerent unguentum. quo pungi possent hi q uocabantur
 ad sacerdotium. uel ad regnum. & sicut nunc romanis indu-
 mentum purpurae insigne ē regiae dignitatis assumptae.
 sic illis unctio sacri unguenti nomen ac potatem regiam con-
 ferebat. ueget qm graeci ueteres χρίεσθαι dicebant ungi
 quod nunc ἀλείφειν sicut indicat homeri uersus ille.

τοῦ δὲ Διὸς ἀμῶν λόγος ἀν καὶ χρίεσθαι ἐλαίω.
 Ob hanc rōem nos cum xpm nunciuimus. idest unctum.
 q hebraice messia dicitur. Vn in quibusdam graecis scrip-
 turis quae male de hebraicis interpretatae sunt ἡλειμμέ-
 nos scriptum inuenitur ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν. sed in
 utrobet noīe rex significatur. non qđ ille regnum hoc
 terrenum fuerit adeptus. cuius capiendi nondum tempus
 aduenit. sed quod caeleste ac sempiternum. de q differem?

Ca at hui' cae. diuini boni uo-
 luntatis qđ dñm pueyat. cuius
 nomen n pot humano ore dici
 Est ei aliqd o fili secretu uerbu
 sapientiae san. de solo dño
 oium. & q ante mente capit
 dño. quem dicere sup hoīes ē.



Quos at curabant. famulae
 lauerunt atq; unxerunt oleo.

in ultimo libro. Nunc uo de prima ei natiuitate dicamus.
In primis ei testificamur illum bis ee natum. primu in spiritu.
postea in carne. Vn apud hieremiam ita dicitur. Priusq te
formarem in utero noui te. & item apud ipsum. beatus qui
erat anq nasceretur. quod nulli alii contigit praeter xpm.
qui cum eet a principio filius dei. regnatus e denuo scdm
carnem. quae duplex natiuitas ei magnum intulit huma
nis errorem pectoribus. circumfuditq; tenebras et his quere
religionis sacramenta retinebant. sed nos id plane dilucide
q; monstrabim. ut amatores sapientiae facilius ac diligenti
instruantur. Qui audit dei filium dici. non debet tantum
nefas mente concipere. ut existimat ex conubio ac procreatio
ne feminae alicuius deum procreasse. quod non facit nisi
aiat corporale. mortiq; subiectum. Deus at cum solus sit. cui
pmiscere se potuit. aut cum eet tantae potans. ut quicqd
uellat efficeret. utiq; ad creandum societate alterius non in
digeat. nisi forte existimabimus deum sicut Orpheus pu
tauit & marem ee & feminam. quod alr gnare nequerit.
nisi heret uim sexus utriusq;. quasi aut ipse secum coierit.
aut sine cotu non potuerit procreare. Sed & hermes in
eadem fuit opinione cum dicit eum *αυτοπατορα και αυ
τομητορα*. Quod si ita eet. ut a pphis pater dicitur. sic et
mater diceretur. Quomodo igitur procreauit. primum nec
sciri a quoq; possunt. nec narrari opa diuina. sed in sanctae lit
terae docent. in quibus cautum e. illum dei filium. dei ee ser
monem. utq; caeteros angelos dei spiritus ee. Nam sermo
e spiritus cum uoce aliquid significante prolatus. Sed in qm
spiritus & sermo diuersis partibus proferuntur. siqd spirito
naribus. ore sermo procedit. magna inter hunc dei filiu. cae
terosq; angelos differentia e. Illi ei ex deo tacti spiritus exie
runt. qz non ad doctrinam dei tradendam. sed ad ministeriu
creabantur. Ille uo cum sit & ipse spiritus. in cum uoce ac
sono ex dei ore processit. sicut uerbum. ea scilicet ratione qz
uoce ei ad pplm fuerat usus. idest quod ille magister fu

Ipsum sibi prem ex se sine
matre natum.

turus est

nurus eet doctrinae dei & caelestis archam ad hoies pferen-
 di. quod ipsum primo locutus e. ut p eum ad nos loqueret.
 & ille uocem dei ac uoluntatem nobis reuelaret. Merito
 igitur sermo ac uerbum dei dicitur. qz deus procedentem de
 ore suo uocalem spiritum. quem non uero. sed mente conce-
 pat. inexcogitabili quadam maiestatis suae uirtute. ac po-
 tentia. in effigiem quae proprio sensu & sapientia uigeat co-
 prehendit. & alios item spiritus suos in angelos figurauit.
 Nri spiritus dissolubiles sunt. qa mortales sumus. dei aut
 spiritus & uiuunt. & manent. & sentiunt. qz ipse immortal
 e. & sensus ac uitae dator. Nrae uoces licet aure miscean-
 tur atq; uanescant. in plerumq; pmanent lris comprehensae.
 qto magis dei uocem credendum e & manere i aeternu. &
 sensu ac uirtute comitari. quam de deo pre tanq riuus de
 fonte raduxerit. Quod siqs miratur ex deo deum prolati-
 one uocis ac spiritus potuisse gnari. si sacras uoces pphaz
 cognouerit desinet profecto mirari. Salomonem patremq; ei
 David potentissimos reges fuisse. & eosdem pphas. et his for-
 tasse sit notum q diuinas lras non attigerunt. quoz alter q
 posteru regnauit. troianae urbis excidium centum & quadra-
 ginta antecessit annis. Huius pater diuinor scriptor hym-
 nor in psalmo trigesimo scdo sic ait. Verbo dei caeli solida-
 ti sunt. & spiritu oris ei omnis uirtus eoz. Item rursus in
 psalmo quadragesimo quarto. Erudauit cor meum uerbum
 bonum. dico ego opa mea regi. contestans uidelicet nulli alii
 opa dei nota ee. nisi filio soli. qui e uerbum dei. & quem re-
 gnare i perpetuum necesse e. Item Salomon ipsum uerbum dei
 ee demonstrat. cuius manibus opa ista mundi fabricata sut.
 Ego inquit ex ore altissimi produui ante omnem creaturam.
 ego in caelis feci ut oriretur lumen indeficiens. & nebula texi
 omnem terram. Ego in altis hitau. & thronus meus in co-
 lumna nubis. Iohannes q; ita tradidit. In principio erat uer-
 bum. & uerbum erat apud deum. & deus erat uerbum. hoc
 fuit in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. &



Logon

sine ipso nihil factum est. Sed melius graeci. ΛΟΓΟΝ dicunt.
quod nos uerbum siue sermonem. ΛΟΓΟΣ est & sermonem signi-
ficat & rationem. quod ille est & uox & sapientia dei. hunc ser-
monem diuinum ne patrum quodam ignorauerunt. Siquidem Zeno reip-
ublicae dispositorem atque opificem uniuersitatis ΛΟΓΟΝ praedicat.
quem & fatum. & necessitatem reipublicae & deum. & animum iouis
nuncupat. ea scilicet consuetudine qua solent iouem pro deo
accipere. sed nihil obstant uerba cum sententia congruat ueritati.
Est enim spiritus dei. quem ille animum iouis nominauit. Nam
trismegistus quod ueritatem penes uniuersam nescio quomodo in-
uestigauit. uirtutem maiestatemque uerbi saepe descripsit. sicut
declarat superius illud exemplum. quo fatetur esse ineffabile quae-
dam sanctumque sermonem. cuius enarratio modum hominis excedat.
Dixi de natiuitate prima breuiter ut potui. nunc de secunda
quam controuersia est in ea maxima. Latius differendum est. ut ue-
ritatem scire cupientibus. lumen intelligentiae offeramus. In
primis igitur scire homines oportet sic a principio processisse
dispositionem summi dei. ut esset necesse appropinquante saecu-
li termino dei filium descendere in terram. ut constitueret do-
templum. doceret iustitiam. Verum non in uirtute angeli a-
ut potestate caelesti. sed in figura hominis & conditione mortali.
& cum magisterio functus fuisset. traderetur in manus im-
piorum. mortemque suscipere. ut ea quae per uirtutem domita resur-
geret & homini quem induerat. quem gerebat. & spem uince-
dae mortis offerret. & ad praemia immortalitatis admittet.
Hanc ergo dispositionem ne quis ignoret. docebumus praedicta esse
omnia quae in christo uidemus esse completa. Nemo asseuerationi nostrae
fidem commodet. nisi ostendero prophetas ante multam temporum serie
praedicasse. fore aliquem ut filius dei nasceretur sicut homo.
& mirabilia faceret. & cultum dei per totam terram seminaret.
& postremo patibulo figeretur. & tertio die resurgeret. quae
omnia cum probauero eorum ipsorum literis. qui deum suum mortali cor-
pore utentem uolauerunt. quod aliud obstabit. quominus sapiam
ueram clarum sit in hac sola religione uersari. Nunc a prin-

capio totius sacramenti origo narranda e. Maiores nri q erat
 principes hebreoz. cum sterilitate atq; inopia laborarent. tra
 sicut in egyptum rei frumentariae gratia. ibiq; durti co
 morantes. intolerabili seruitutis iugo premebantur. Tum
 misertus eoz deus. eduxit eos ac liberauit de manu regis
 egyptioz post annos. cccc. & .xxx. duce moyse. p que
 postea lex illis a deo data e. In qua educatione ostendit uir
 tatem maiestatis suae deus. Traiecit ei pptm medio mari
 rubro praecedente angelo & scindente aquam. ut pptis per
 ficcum gradi possent. quem uerius ut ait poeta. curuata
 in montis faciem circustetit unda. Quare audita tyrann
 aegyptioz cum magna suoz manu insecutus e. & mare
 adhuc patens temere ingressus. coeuntibus aquis cum omni
 exercitu deletus e. Hebrei uo ingressi in solitudine multa
 mirabilia uiderunt. Namq; cum sitim paterentur. ictu uirgae
 rupe percussa profiliuit fons aquae. populug; recreauit. Quo
 rursus exuriente. caelestis alimenti pluuia descendit. qn
 et contumaces in castra eoz uentus induxit. ut non modo
 pane caelesti. sed et instructionibus epulis saturarentur.
 Pro his tn diuinis bnificiis honorem deo non reddiderunt.
 sed depulsa iam seruitute. iam sita fameq; deposita in luxu
 riem prolapsi. ad profanos aegyptioz ritus aios transtule
 runt. Cum ei moyses dux eoz ascendisset in monte. atq;
 ibidem. xl. diebus moraretur. aureum caput bouis. quem
 uocant apin. quod eos signo praecederet figurarunt. Quo
 peccato ac scelere offensus deus impium & ingrati pptm
 p merito poenis grauib; affecit. & legi quam p moysen
 dederat subiugauit. Postea uo cum in deserta quadam parte
 syriae confedissent. amiserunt uetus nomen hebrei. & qm
 princeps examinis eoz uidas erat. uidei sunt appellati. &
 terra quam incoluere iudea. Et primo qd non domino
 regum subiecti fuerunt. sed ppto ac legi ciuiles iudices pre
 sidebant. non tn in annum constituti sicut romani cosules.
 sed ppetua iurisdictione submixi. tum sublato iudiciu noie



potas regalis inducta ē. Vex iudicibus regimen eorū tenentib⁹
prauas religiones saepe suscepant. atq; offensus ab his deus. to-
uens alienigenis subiugabat. donec rursus poenitentia p̄pti sub-
iugatus. liberand⁹ eos seruitute. Item sub regibus finitimorū
bellis ob delicta uexati. postremo capti. abduciq; babyllonem.
poenas impietatis suae graui seruitio pependerunt. donec Cy-
rus ueniret in regnum. q̄ statim iudeos restituit edicto. Exin
tetraarchas hūerunt usq; ad herodem. q̄ fuit sub imperio Tybe-
rii caesaris. cuius anno. xv. idest duobus geminis consulibus
an̄ diem. x. kl. aprilis iudei xpm affixerunt cruci. hic rex
textus. hic ordo in archanis sanctarū l̄rarū continetur. Sed
pri⁹ ondā qua de cā in terra uenerit xps. ut fundamentū
diuinae religionis ac rō clarescat. Cū saepe iudei praecēp-
tis salutaribus repugnarent. atq; a diuina lege desciscerent.
aberrantes ad impios cultō deorū. tum deus iustos & electos
uiros spiritu sancto implebat p̄phas in media plebe constitu-
ens. p̄ quos peccata ingrati p̄pti uerbis minacibus increparet.
& nihilominus hortaretur ad poenitentiam sceleris agenda.
quam nisi egissent. atq; abiectis uanitatibus ad deum suum
redissent. fore ut testamentum suum mutand⁹. idest haeredi-
tatem uitae immortalis ad exterās conuerteret nationes. alim
q; sibi p̄ptm̄ fideliorē ex alienigenis congregaret. Illi autē
a p̄phetis increpiti. non modo uerba eorū respuerunt. sed qd̄
sibi peccata exprobrarentur offensi. eos ipsos exquisitis crucia-
tibus necauerunt. quae oīa diuinae l̄rae signata conseruant.
Dicit ei p̄pha hieremias. Misi ad uos seruos meos p̄phas.
an̄ lucem mittebam. & non obaudiebatis me. neq; intende-
batis auribus ur̄is cum dicerem uobis. conuertatur unusquisq;
a uia sua mala. & a nequissimis affectionibus ur̄is. & h̄ta-
bitis in terra ista quam dedi uobis & patribus ur̄is a saeculo
& usq; in saeculum. Nolite ambulare post deos alienos ut ser-
uiatis eis. & ne incitetis me in opibus manuum ur̄arū. ad di-
spendendos uos. Esdras et p̄pha q̄ fuit eiusdem cyri ip̄ribus
a quo iudei sunt restituti. sic loquitur. Descuerunt a te & obie-

cerunt legem tuam post corpus suum. & pphas tuos interfe-
cerunt q̄ obstabantur eos ut reuenterentur ad te. Itē helias
in libro basilion tertio. Emulando emulatus sum dño deo om-
nipotenti q̄ dereliquerūt te filii israel & altaria tua demoli-
erunt. & pphas tuos interfecerunt gladio. & remansi ego
solitari. & quaerunt aiām meam auferre a me. Propter has
illoꝝ impietates abdicauit eos īpetuum. Itaq; desit pphas
mittere ad eos. sed illum filium suum primogenitum. illum
opificem rez̄. & consiliatorem suum labi iussit ē caelo. ut re-
ligionem sanctam dei transferrēt ad gentes. idest ad eos qui
deum ignorabant. doceretq; iustitiam quam p̄fidus p̄p̄ts abie-
cerat. Quod iam pridem denuntiauerat eē se facturū. Sic
malachias p̄pha indicat dicens. Non ē mibi uoluptas circa
uos dicit dominus. & sacrificia non accipiam de manib; uris.
qm̄ a solis ortu usq; in occasum clarificabitur nomen meum
apud gentes. Item dauid in psalmo xvii. Constituēs me in
caput gentium. p̄p̄ts quem non cognoui seruiuit mibi. Isaias
q̄ sic loquitur. Vemo colligere omnes gentes & linguas &
uenient. & uidebunt claritatem meam. & dimittam super
eos signum. & mittam ex his conseruatos in gentes quae lo-
ge sunt. quae non audierunt gloriam meam. & nuntiabūt
claritatem meam in gentes. Volens igitur deus metatorem
templi sui mittere in terram. noluit eum in potate & in cla-
ritate caelesti mittere. ut ignitus in deum p̄p̄ts. in errorem
maximum induceretur. ac poenas pro facinoribus suis luerēt.
qui deum ac dominum suum non recepissent. quod oli p̄p̄tē
cecinerant sic eē futurum. Isaias ei quem idem ipsi uidei
terra confectum crudelissime necauerunt. ita dicit. Audi
caelum. & p̄cipe auribus terra. qm̄ dominus locutus est.
filios genui & exaltaui. ipsi at̄ me spreuerunt. Agnouit
bos possessorem suum. & asinus praesepium dñi sui. Israel
at̄ me non cognouit. & p̄p̄ts me non intellexit. Hieremias
q̄ simitr̄ ait. Cognouit tempus suum turtur & hirundo.
& ruris passerēs custodierunt tempora introitus sui. Popul;



at̄ meus non cognouit iudiciū dñi. Quomodo dicitis sapientes
sum⁹ & lex domini nobiscum ē. In cassum facta ē metatuna
falsi scribae. & confusi sunt sapientes. trepidauerunt & cap
ti sunt. q̄ uerbum dñi reprobauerunt. Ergo ut coepa dice
cum statuisſet deus doctorem uirtutis mittere ad hoies. rena
ſci eum denuo in carne praecepit. & ipsi hoī similem fieri.
cui dux & comes. & magr̄ eet̄ futurus. S; in qm̄ pius &
clemens ē erga suos deus. ad eos ipsos eum misit quos oderat.
ne illis in ppetuum salutis uiam clauderet. s; dare his libe
ram facultatem sequendi dei. ut & praemium uitae adipisce
rentur. si secuti fuissent. quod plurimi eorū faciunt atq; fece
runt. & culpa sua in poenam mortis incurrerent. si regem
suum repudiassent. Apud illos igitur & ex eorū semine re
gnari eū uisit. ne si fuisset alienigena. iustam possent excu
sationem de lege praetendere. qđ eū non suscepissent. sicut
ut nulla oīo gens eet̄ in terra. cui spes imortalitatis negaret.
Descendens itaq; de caelo sanctus ille spirit⁹ dei. sancta uirgine
cui⁹ utero se insinuaret̄ elegit. At illa diuino spū hausto re
pleta concepit. & sine ullo contactu uiri. repente uirginis u
terus intumuit. Quod si aialia quaedam uento & aura con
cipe solere oib⁹ notum ē. cur qđq; mirū putet cū spū dei cui
facile ē quicqđ uelit. grauatam ee uirginem dicimus. Quod
sane incredibile posset uideri. nisi hoc futurū an̄ mltā secta
pphe cecinissent. Salomon in psalmo uigesimo ita dixit.
Infirmit⁹ ē uterus uirgis. & accepit foetum. & grauata ē. &
facta ē in multa miseratione mater uirgo. Itē pp̄ha ysaias
cui⁹ haec uerba sūt. Propterea dabit uobis deus ipse signum.
Ecce uirgo concipiet in utero & pariet filiū. & uocabitis no
men ei⁹ emanuel. Quid hoc manifestius dici pot. Legebant
ista iudei q̄ eū necauerūt. Si q̄s nos haec fingere arbitratur
ab his potissimum sumat. satis firmum testimoniu ē ad p
bandam ueritatē quod ab ipsis phibetur inimicis. Emma
nuel at̄ nūq̄ uocatus ē. s; iesus qui latine dicitur salutaris.
sue saluator. q̄a cunctis gentibus salufer uenit. sed q̄pp̄ha

declaravit hoc noie qd̄ deus ad hoies in carne uenturus eet.
 Emmanuel at̄ significat nobiscum deus. scilicet q̄ illo p̄ uir-
 ginem nato confiteri hoies oportebat deum secū ee. idest in
 terra & in carne mortali. Vñ & Dauid in psalmo. Lxxxviii.
 Veritas inquit de terra orta ē. q̄ deus in quo ueritas ē ter-
 renum corpus accepit. ut terrenis uiam salutis aperir̄. Itē
 isaias ipse. Ipsi at̄ non crediderunt. & exacerbauerūt sp̄m
 sanctū. & conuersus ē eis ad inimicitiam & ipse expugna-
 uit. Et recordatus ē diez̄ seculi q̄ suscitauit de terra pa-
 storem ouiu. Quis at̄ futur̄ eet ille pastor. declaravit alio
 loco dicens. Exultent caeli desup. & nubes induant iusti-
 tiam. aperiatur terra. & pullulet saluator. Ego ei dñs deus
 creauit eum. Saluator uō ē. ut supra diximus. iesus. sed &
 alio loco idem p̄ph̄a sic p̄medicauit. Ecce nat̄ ē uobis puer
 & datus ē uobis fili. cuius impiū sup̄ humeros ei. & uocatu
 ē nomen ei. magni consiliū nunti. Idcirco ei missus ē a deo
 p̄re. ut uniuersis gentibus quae sub caelo sūt. singularis &
 ueri dei sanctum mysteriū reuelaret. ablatū pfido p̄plo.
 q̄ aduersus deū saepe deligit. Daniel q̄. similia p̄nelocut̄ ē
 Videbam inqt̄ inuisu noctis. & ecce in nubib̄ caeli ut fili. hois
 ueniens. & usq; ad uetustum diez̄ puenit. & q̄ assistebant
 optulerūt eū. & datū ē ei regnum. & honor. & imperium
 ut os p̄pli. trib. linguae. seruirent ei. & potas ei. aeterna. q̄
 nuq̄ transibat. & regnū ei. qd̄ non corrumpetur. Quom̄ igit̄
 iudei & confitentur. & sperant xpm̄ q̄ hūc. idcirco reprobaue-
 rūt. q̄ ex hoie ē nat̄. Nam cū ita sit a deo constitutū. ut
 idem xps̄ bis adueniat in terram. semel ut unū deū getib̄
 nuntiaret. dein rursus ut regnaret. quom̄ i. secūdu ei. a que-
 rētu credit q̄ i. p̄mū non crediderūt. At qm̄ p̄ph̄a utrosq;
 aduentus eius paucis uerbis comprehendit. Ecce inquit in
 nubibus caeli ut fili. hois ueniens. non dixit ut filius dei.
 s; ut fili. hois. ut oñderet̄ quod carne in diu heret̄ in terra.
 ut suscepta hois figura. & conditione mortali. doceret ho-
 mines iustitiā. & cum mandatis dei fūctus ueritatem



gentibus reuelasset. multaretur et morte. ut inferos quae uinceret
et ac resignaret. Atque ita demum resurgens ad patrem proficisceret.
in nube sublatus. adiecit ei propheta et ait. Et usque ad antiquum
dierum puenit. et oblatus est ei. Antiquum dierum appellauit deum
summum. cui aetas et origo non potest comprehendi. quia solus
a saeculis fuit et erit semper in saecula. Christum autem post passio-
nem ac resurrectionem ascensurum ad deum patrem Dauid in
psalmo. CVIII. contestatus est his uerbis. Dixit dominus domino
meo sede a dextris meis. quoad usque ponam inimicos tuos.
sub pedaneum pedum tuorum. Qui propheta cum rex esset. quae
appellare dominum suum possit. qui sederet ad dexteram dei.
nisi Christum filium dei qui est rex regum. et dominus dominorum. quod isaias
apertius ostendit dicens. Sic dicit dominus deus Christo domino. cui tenui
dexteram obaudire ante eum gentes. et fortitudinem regum dis-
rumpam. apertam ante illum portas. et ciuitates non cludent.
Ego ante te ibo et montes deplanabo. et fores aereas cetera
et seras ferreas confringam. et dabo tibi thesauros absco-
ditos et inuisibiles. ut scias quia ego sum dominus deus qui uoco nomen
tuum deus israel. Denique ob uirtutem ac fidem quam deo ex-
hibuit in terra. datum est ei regnum. et honor. et imperium.
et omnes populi tribus. et linguae seruient ei. et potestas eius
aeterna. quae nunquam transibit. et regnum eius non corrumpet.
Quod quod duobus modis intelligitur. quia et nunc habet perpetuam
potestatem. cum omnes gentes. et omnes linguae nomen eius uenerantur.
maiestate confitentur. doctrinam sequuntur. uirtute imitantur.
habet impium. habet honorem. cum omnes tribus linguae terrae. praecep-
tus eius obtemperant. et idem postea cum rursus aduenierit in
potestate ac claritate. ut omnem aeternam iudicet. et iustos re-
stituatur ad uitam. Tunc uero totius terrae regimen obtinebit.
Tunc sublato de rebus humanis omni malo. aureum saeculum
ut poetae uocant. id est iustum ac pacificum ipse orietur.
Sed haec uberi in ultimo libro differemus. cum de saeculo ad-
uentu loquemur. Nunc de primo ut coepimus. explicemus.
Summus igitur deus ac parens omnium. cum religionem sua

transfere uoluisse & doctorem iustitiae misit e caelo. ut no
 uis cultoribus nouam legem in eo uel p eum dare. no si
 cut an fecerat p hoem. sed in nasci eum uoluit tanq ho
 minem ut p oia sumo pri similis existeret. Ipse ei deus pr
 & origo. & principium reij. qm parentib' carit. & π α τ ω ρ .
 atq; α υ γ α τ ω ρ . a trismegisto uerissime notatur. qd ex nul
 lo sit pcreatus. Idcirco et filium bis nasci oportuit. ut ipse fieret
 apator atq; amator. In prima ei natuuitate spiritali amator
 fuit. qz sine officio matris a solo deo pre gnatus e. In scda uo
 carnali apator fuit. qm sine pris officio uirginali utero pcre
 atus e. ut mediam inter deum homineq; substantia gerens.
 nrām hanc fragilem imbecilleq; nām qm manu ad imortali
 tate posset educere. Factus est & dei filius p spm. & hois
 p carnem. idest & deus & ho. Dei uirtus in eo ex opibus
 quae fecit apparuit. fragilitas hois ex passione qua prulit.
 quam cur suscepit paulo post docebo. scerum & deu fuisse
 & hoem ex utroq; gne pmixtum p p'bis uancinantib' discam?
 Isaias deum fuisse testatur his uerbis. Fatigata e egiptus &
 negotiatio ethiopu. & sabam uiri alii a te transredientur.
 & tu erunt serui. & post te ambulabunt uincti compedi.
 & adorabunt te. & te precabuntur. qm in te deus e. &
 non e alius deus praeter te. Tu ei deus es. & nos nescie
 bamus. deus israel saluator. confundentur & reuerentur
 os q aduersantur tibi. & cadent in confusione. sic prop'ha
 hieremias sic ait. Hic deus nr e. & non deputabitur alius
 absq; illo. qui inuenit omnem uiam prudentiae. & dedit
 eam iacob puero suo. & israel dilecto sibi. post haec i terris
 uisus e. & inter hoies uersatus e. Item David in psalmo
 xliiii. Thronus tuus deus in saecula saeculorj. uirga aegra
 ris. uirga regni tui. deus dilexisti iustitiam. & odio huius
 iniquitatem. p'p'ea unxit te deus deus tuus oleo exultationis.
 Quo uerbo etiam nomen ondit. Siqd' ut supra docui ab uncti
 one appellatus e xps. dem hoem fuisse eundem hieremi
 as docet dicens. Et ho e. & qs cognouit eu? Item isaias

sine pre
 sine matre



Mortal erat scdm carnē: sapi-
ens signis opū: sub iudicib' chal-
deis comprehensus: transfixus
amarū finē compleuit.

Emittet eis deus hoīem q̄ saluabit eos. iudicans sanabit eos.
Sed & moyses inuis ita loquitur. Orietur stella ex iacob
& exurget hō ex israel. Propterea milesius apollo cōsultus
utrumne deus an hō fuerit hoc modo r̄ndit. Θνητός ἐστιν
κατὰ σάρκα σοφός τερατοδότης ἐργοῖς, ἀλλ' ὑπὸ
χαλδαίων κριτῶν ὄπλοις συναλωθεῖς, γόμοις
καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέπλησε τελευτήν. primo
uersu uerum q̄ dixit. sed argute consultorem fefellit. sacra-
mentum ueritatis penitus nescientem. Videtur eī negasse
illum deum. sed cum fateatur scdm carnem fuisse mortale.
quod et nos praedicam' consequens ē ut scdm spm̄ d̄s fuerit.
q̄ nos affirmam'. Quid eī fuerat necē carnis facē metiores.
cū satis eēt dicere fuisse mortalem. Sed ueritate pressus.
negare non potuit quēadmodū se res hēret. sicut illud q̄
ait sapientem fuisse. Quid ad hoc apollo r̄ndes. si sapiens
ē. ergo doctrina ei' sapia ē. nec ulla alia. & sapientes q̄ se-
quuntur. nec ulli alii. Cur igitur uulgo p̄ stultis & uanis &
ineptis hēmur. q̄ sectamur magr̄m et ipsorū deorū cōfessione
sapientem. Nam quod ait portentifica illum opa fecisse. q̄
maxime diuinitatis fidem meruit. assentiri nobis iam
uidetur. cū dicit eadem q̄bus nos gloriamur. s; colligit se tñ.
& ad daemonicas fraudes redit. Cum eī uerum necessitate
dixisset. iam deorū ac sui proditor uidebatur. nisi q̄ ab eo
ueritas expresserat. mendacio fallente celasset. Ait ergo
illum fecisse q̄ opa miranda. Verum non diuina uirtute. s;
magica. Quid mirum si hoc apollo ueritatem ignorantibus
psuasit. cum uidei q̄ cultores ut uidebantur summi dei. hoc
idem putauerunt. cū an̄ oculos eorū quotidie fierent illa mi-
randa. nec tñ tantorū uirtutū contemplatione impelli po-
tuerunt. ut deum crederent quē uidebant. Propterea da-
uid. quē praeter caeteros p̄phas uel maxime legunt. i psalmo
xcvi. sic eos damnat. Redde illis retributionē eorū. qm̄
nō intellexerūt opa dñi. Exe hui' ipsius domo xpm̄ gnātū
iri scdm carnē. & ipse dauid. & alii p̄phas annuntiauerūt.

Apud Isaiam ita scriptum e. Et erit in illa die radix iesse.
 & q̄ exurget principari in nationes. in eū gentes spabunt.
 & erit reges ei' in honore. & alio loco. Exiet uirga de radi-
 ce iesse. & flos de radice ei' ascenda. & regescet sup eū sps
 dei. sps sapiæ & intellectus. spirit' consiliū & fortitudinis.
 sps scientiæ & pietatis. & implebit eū sps timoris domini.
 Jesse at̄ fuit pater dauid. ex cui' radice ascensurū eē florem
 praelocut' e. Eum salicū de quo sibylla dicit ἀνθ' η̄σει Δ'ι
 ἠθ' οὐκ ἀδαρον. Item in basilion libro scdo ppha natan. mis-
 sus e ad dauid uolente deo templū edificare. & fuit uerbu
 dñi ad Nathan dicens uade & dic seruo meo Dauid. Haec di-
 cit dñs deus omnipotens. non tu aedificabis mihi domū ad in-
 habitandū. s; cū impleti dies fuerint tui & dormieris cū p̄ribus
 tuis. suscitabo semen tuū post te. & parabo regnū ei'. Hic aedi-
 ficabit mihi domū in noīe meo. & erigam thronū ei' usq; i se-
 culū. & ego ero ei in p̄re. & ipse erit mihi in filio. & fidem
 consequetur domus eius usq; in seculū. & regnū ei' usq; i seclm.
 Sed haec ut iudei non intelligeret illa fuit cā. qđ Salomon fi-
 li' dā templum deo aedificauit. & ciuitatē quā de suo nomie
 hierosolymam nuncupauit. Itaq; ad ipsum quae a ppha dicta
 sūt retulerūt. Salomon at̄ ab ipso p̄re suo impū regim accepit.
 Pphe uō deo eo loquebantur q̄ tū nasceret. p ostq̄ dauid cum
 p̄rib' suis regesset. praeterea Salomonis impū p̄petuū nō
 fuit. Annus ei' quadraginta regnauit. dein quod nūq; fili' dei
 dictus sit. s; fili' dauid. & domus quā aedificauit non e fide
 consecuta. sicut ecclia. quae e uerū templū dei. qđ nō in pari-
 entibus e. s; in corde ac fide hoīum q̄ credit in eū ac uocantur
 fideles. Illud uō Salomonū templum. qz manu factū e manu
 cecidit. Denuq; pater ei' in psalmo. cxxcvii. de opib' filii sui
 pphetauit. hoc modo. Si dñs non aedificauerit domū. in uanū
 laborauerūt q̄ illam aedificauerūt. Si dñs non custodierit cui-
 tatem in uanū laborauit q̄ eā custodiuit. Quib' ex reb' appard
 pphas os denuntiasse de xpo. fore aliquū ut ex gñe dauid cor-
 porat' nat' constitueret aeternū templū deo qđ appellat' ecclia

Florescet at̄ flos pur?



& uniuersas gentes ad religionem ueram dei conuocare. Hæc
ē domus fidelis. hoc immortale templum. in quo si quis nō sacrificauit.
immortalitatis præmiū nō habet. Cuius templi & magni
& æterni quoniam xps fabricator fuit. idē necesse ē beatū in eo sacer
dotium sempiternū. nec potest nisi per eum quod constituit templum
ad aditum templi. & ad conspectum dei perueniri. Dauid in
psalmo. c. viii. id ipsum docet dicens. Ante luciferū genui te.
iurauit dñs & non poenitebit eum. tu es sacerdos in æternū
secundum ordinem melchisedech. Item basilion libro primo. Et su
scitabo tibi sacerdotem fidelem. quod omnia quae sunt in corde meo
faciat. & aedificabo ei domum fidelem. & transibit in conspec
tu meo omnibus diebus. Quis autem futurus esset cui deus æter
num sacerdotium pollicebatur Zacharias et nōne posito ap
tissime docuit. sic ei dixit. Et ostendit tibi dñs deus iesu sa
cerdotem magnū stantem ante faciem angeli dñi. & diabolus
stabat ad dexteram ipsius ut aduersaretur ei. Et dixit dñs
ad diabolū. Imperet tibi dñs in te quod elegit iherusalem. & ecce
tuo eiectus ab igne. Et iesus indutus erat uestimenta sordida
& stabat ante faciem angeli. & respondit & dixit ad circumstantes
ante faciem ipsius dicens. Auferte uestimenta sordida ab eo. &
induite eum tunica talari. & imponite cidarum mundam sup
caput ei. & angelus dñi stabat & testificabatur ad iesum di
cens. Hæc dicit dñs omnipotens. Si in uis meis ambulaueris
& praecepta mea seruaueris. tu iudicabis domū meā & dabo
tibi quod conuersentur in medio horum circumstantium. Audi itaque
iesu sacerdos magne. quod non igitur captos membris tuis fuis
se iudeos arbitretur. qui cum hæc & legerent. & audirent. ne
farias manū deo suo intulerunt. Atque ab eo ipse quo Za
charias fuit usque ad annū. xv. impii Tiberii caesaris quod iesus
crucifixus est. prope quingenti anni nuantur. Si quidem Darii &
Alexandri adoleuit ætate. quod fuerunt non multo postquam Tar
quinus superbus exactus est. Sed illi rursus eodem modo falsi de
ceptique sunt. putantes de iesu hæc esse dicta filio naue qui
successor fuit moysi. aut de sacerdote iesu filio iosedech. in

& cooperunt eum uestimento
& imposuerunt cidarum mū
dam sup caput ei.

quos nihil congruit eorum quae propheta narravit. Non ei sordida
 data unquam illi fuerunt. cum alter eorum potentissimus princeps fu-
 issent. alter sacerdos. aut possessi sunt aliquid aduersi. ut tanquam
 uino ex igni eiectus putarentur. aut aliquando in conspectu dei
 & angelorum steterunt. aut propheta de praeteritis loquebatur
 potius quam de futuris. Locutus est igitur de iesu filio dei. ut ostendat
 eum primo in humilitate & carne uenturum. Haec
 est ei uestis sordida ut pararet templum deo. & sicut uino
 igni ambureretur. id est ab hominibus cruciamenta proferret.
 & ad ultimum extingueretur. titonem ei uulgus appellat
 extracto foco torrem semustum extindum. Quomodo autem
 & cum quibus mandatis a deo mitteretur in terram declarauit
 spiritus dei per prophetam docens futurum. ut cum uoluntate summi patris
 fideliter & constanter impleisset. acciperet iudicium atque imperium
 sempiternum. Si in uis meis ambulaueris inquit. & praecepta
 mea seruaeris. tu iudicabis domum meam. Quae fuerint
 uiae domini. & quae praecepta eius. nec ambiguum. nec obscurum
 est. Deus enim cum uideret malitiam. & falsorum deorum cultus per
 orbem terrae ita inualuisse. ut iam nomen eius ex hominum me-
 moria fuisse pene sublatum. Ut siquidem uidei quibus solis ar-
 chana dei creditum fuerat. relicto deo uiuio. ad colenda figmenta
 in reuerti daemonum fraudibus aberrassent. nec increpiti per
 prophetas. reueri ad deum uellent. filium suum principem angelorum
 legauit ad homines. ut eos conuerteret ab impiis & uanis cul-
 tibus. ad cognoscendum & colendum deum uerum. Item ut eorum
 mentes ab stultitia ad sapientiam. ab iniquitate ad iustitiae o-
 pera traduceret. Hae sunt uiae dei. in quibus cum ambulare
 praecepit. haec praecepta quae seruanda mandauit. Ille uero
 exhibuit deo fidem. docuit enim quod deus unus sit. cuius soli
 coli oportere. nec unquam se ipse deum dixit. quia non seruasset
 fidem. si missus ut deos tollerent. & unum assererent. inducerent
 alium praeter unum. hoc erat non de uno deo facere praecomium
 nec eius quod miserat. sed suum proprium negotium gerere. ac
 se ab eo quem illustraturus uenerat separare. prope quia tam fideliter



exiit. qz sibi nihil prorsus assumpsit ut mandata mittentis im-
pleret. & sacerdotis perpetui dignitate. & regis summi honore.
& iudicis potatem. & dei nomen accepit. Quoniam de scda
natiuitate diximus. qua se hominibus in carne monstrauit. ue-
niamus ad opa illa miranda. p quae cum eent ea caelestis iudicia
uirtutis. magum iudei putauerunt. cum primu coepit adolesce-
re. tunc e ab iohanne ppha in iordane flumine. ut lauacro spi-
ritali peccata non sua. quae utiq; non hebat. sed carnis qua
gerebat aboleret. ut queadmodum iudeos accepta circucisione.
sic et gentes baptismo. idest purifici roris pfusione saluaret.
Tum uox de caelo audita e. filius meus es tu. ego hodie genui
te. Quae uox apud dauid praedicta inuenitur. & descendit
sup eu spiritus dei formatus in specie columbae candidae. Ex
inde coepit multas uirtutes facere. non praestigis magicis.
quae nihil ueri ac solidi ostentant. sed ui ac potestate caelesti.
quae iam pridem pphis nuntiantibus canebantur. Quae opa
tam multa sunt. ut unus liber ad complenda oia satis non sit.
Enuabio igitur illa breuiter atq; gnatum. sine ulla psonaz ac lo-
coz designatione. ut ad exponendam passionis ei crucisq; roez
possim puenire. quo iam dudum festinat oro. Virtutes eius fu-
erunt. quas apollo portentificas appellauit. Quod quacumq; iter
faciebat. egros ac debiles. & omni morboz genere laborates
uno uerbo. unoq; momento reddebat incolumes. adeo ut mebris
omnibus capti. receptis repente uiribus roborati. ipsi lectulos
suos reportarent in quibus fuerant paulo an delati. Claudis
uo ac pedum uitio afflictis. non modo gradiendi. sed et curre-
di dabat facultatem. Tum quoz caeca lumina in altissimis
tenebris erant. eoz oculos in pristinum restituebat aspectum.
mutoz q; linguas in eloquium sermonesq; soluebat. item sur-
doz patefactis auribus insinuabat auditum. pollutos & asper-
sos maculis repurgabat. Et haec oia non manibus. aut aliq
medela. sed uerbo ac uisione faciebat. sicut et sibylla prae-
dixerat. ΠΑΝΤΑ ΛΟΓΩ ΠΡΑΞΩΝ, ΠΑΡΑΝΤΕ ΝΟΟΝ ΘΕΡΑ-
ΠΕΥΩΝ. Nec utiq; mirum. quod uerbo faceret mirabilia cu

Oia uerbo agens. omnemq;
egritudinem curans.

ipse eet dei uerbum. caelesti uirtute ac potate subnixu. nec
 satis fuit quod uires imbecillis redderet. quod debilib' integri-
 tatem. quod egris & languentibus sanitare. nisi et mortuos
 suscitaret. uelut e somno solutos. ad uitam reuocaret. Que
 uidentes tunc uidei. daemonica potentia fieri arguebant. cu
 oia sic futura ut facta sunt archanae illoz littere conti-
 nerent. Legebant qppe et. tum alioz pphaz tu isaias uer-
 ba dicentis. Confortamini manus resolutae. & genua de-
 bilia. consolamini q estis pusilli aio. nolite timere. nolite me-
 tuere. deus nr iudicium retribuet. ipse uenit & saluos fa-
 ciet nos. Tunc aperiuntur oculi caecoz. & aures surdoz au-
 dient. Tunc saliet claudus uelut ceruus. & plana erit lin-
 gua mutoz. qz rupta e in deserto aqua & riuus in terra
 sitienti. Sed & sibylla eadem cecinit his uersib'. ΝΕΚΡΩΝ
 ΔΕ ΑΝ ΑΣΤΕΡΙΣ, ΕΣΤΑΙ, ΚΑΙ ΧΩΛΩΝ ΔΡΟΜΟΣ ΟΚΥΣ,
 ΚΑΙ ΚΑΦΟΣ ΑΚΟΨΕΙ. ΚΑΙ ΤΥΦΛΟΙ ΒΛΕΨΟΥΣΙ, ΛΑΛΗΣΟΥ-
 ΣΙΝ ΟΥ ΛΑΛΕΟΝΤΕΣ. Ob has eius uirtutes & opa diuina.
 cum magna illum multitudo sequeretur. uel debiliu uel eoz.
 uel eoz q curandos suos offerre cupiebant. ascendit in mon-
 te quendam desertum ubi adoraret. Vbi cu triduo morat'
 eet. ac fame ppls laboraret. uocauit discipulos suos quetes
 qtos secum cibos gestarent. At illi qnq; panes & duos pisces.
 in pera se hēre dixerunt. Affern ea iussit ac multitudinē
 p quinquagenos distributam discumbere. qd cum discipu-
 li faciunt. frangebatur ipse panē minutatī. carneq; piscium
 cominuebat. & utraq; in manibus ei' augebantur. & cum
 apponi illa ppls discipulis impasset. saturata sūt qnq; milia
 hoūz. & insup duodecim cophini de residuis fragminibus
 impleti. Quid aut dici. aut fieri pot' mirabilius? At id
 futurum sibylla cecinerat olim. cuius uersus tales ferunt.
 ΕΝ ΑΡΤΟΙΣ ΑΜΑ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΪΧΘΥΣΣΙ Δ.ΟΙΟΙΣΙ. ΕΝ
 ΔΡΩΝ ΧΙΛΙΑΔΑΣ ΕΝ ΕΡΗΜΩ ΠΕΝΤΕ ΚΟΡΒΟΣΕΙ, ΚΑΙ
 ΤΑ ΠΕΡΙΣΣΕΥΟΝΤΑ ΛΑΒΩΝ ΜΕΤΑ ΚΛΑΣΜΑΤΑ ΔΩΔΕ
 ΚΑ ΠΛΗΡΩΣΕΙ ΚΟΦΙΝΟΥΣ ΕΙΣ ΕΛΠΙΔΑ ΠΟΛΛΩΝ, Quaero



Mortuoz at resurrectio erit.
 & clodoz cursus uelox. &
 surdus audiet. & caeci uide-
 bunt. & muti loquentur.



In panib' at qnq; & piscib' duo-
 uitoz milia qnq; i deserto loco
 satiabit. & que superut frust
 tollens. xii qualos implebit ut
 spem multoz.

igitur qd hic potuerit ars magica moliri. cuius p̄tia nihil aliud
 q̄ ad circūscribendos oculos ualē. Item secessurus orandi gratia
 sicut solebant in montem. praecepit discipulis ut nauiculam su-
 merent. seq; praecederent. atq; illi urgente iam uespere p̄fecti.
 contrario uento laborare coeperunt. cumq; iā mediū fretum te-
 nerent. tum pedibus mare ingressus. consecutus ē eos tanq̄ in
 solido gradiens. non ut poetae orionem mentuuntur in pelago
 incedentem. qui demersa corporis parte humero supereminet
 undas. & rursus cum obdormisset in nauē. ac uentis usq; ad
 extremum piculum saeuire coepisset excitatus ē somno. silere
 uentum protinus iussit. & fluctus q̄ maximi ferebantur con-
 gescere. statiq; sub uerbo eius tranquillitas insecuta ē. Men-
 tuuntur fortasse Iras sanctae. docentes tantam fuisse in eo
 potatem. ut impio suo cogere uentos obseq. maria seruire.
 morbos cadere. inferos obedire. quid quod eadem sibyllae car-
 minibus suis an̄ docuerunt. Quaz una cuius supra fecim^{us}
 mentionem. sicut. ΤΟΥΣ ΑΝΕΜΟΥΣ ΠΑΥΣΕΙ ΕΝ ΛΟΤΩΙ, ΕΤ-
 ΡΩΣΕΙ ΔΕ ΘΑΛΑΣΣΑΝ ΜΑΙΝΟΜΕΝΗΝ, ΕΝ ΠΡΟΣΙΝ ΕΙΡΗΝΗΣ
 ΠΙΣΤΕΙ ΤΕ ΠΑΤΗΣΑΣ. Et rursus alia quae dicit. ΚΥΜΑΤΑ ΠΕ-
 ΖΕΥΣΕΙ, ΗΟΣΟΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΑΠΟΛΥΣΕΙ, ΖΗΣΙΤΕ ΘΝΗ-
 ΩΤΑΣ, ΑΠΩΣΕΤΑΙ ΑΛΓΕΑ ΠΟΛΛΟΙΣ. ΕΚ ΜΙΑΣ ΠΗΓΗΣ ΑΡΤΟΥ.
 ΚΟΡΟΣ ΕΣΣΕΤΑΙ ΑΝΔΡΩΝ. His testimoniis qdam reuerti so-
 lent eo confugere. ut aiunt non ēē illa carmina sibyllina. sed
 a nr̄is ficta atq; composita. quod profecto non putabit. qui
 Ciceronem Varronēq; legerit aliosq; ueteres. q̄ erythrea sibyl-
 lam caeterasq; comemorant. quaz ex libris ista exempla
 p̄ferimus. qui auctores an̄ obierunt q̄ x̄ps scdm̄ carne uasce-
 retur. Verum non dubito qn̄ illa carmina prioribus temporib^{us}
 p̄ deliramentis h̄ita sunt. cum ea nemo intelligeret. Denuntia-
 bant ei monstruosa quaedam miracula. quoz nec ratio. nec
 tempus. nec auctor designabatur. Deniq; erythrea fore ait
 ut diceretur insana & mendax. ΑΙΤ ΕΥΜ. ΦΗΩΝΣΙ ΣΙΒΥΛ-
 ΛΗΝ ΜΑΙΝΟΜΕΝΗΝ ΨΕΥΣΤΡΙΑΝ, ΕΠΑΝΔΕ ΓΕΝΗΤΑΙ
 ΑΠΑΝΤΑ ΤΗΝΙΚΑ ΜΟΥ ΜΗΜΗΝ ΠΟΙΗΣΕΤΕ, ΚΑΙ ΟΥΚ

Ventos strabit uerbo. sternet at
 maria furentia pedibus pacis &
 fidei calcans.
 Fluctus p̄ambulabit. langores
 hominum curabit. uiuificabit
 mortuos. arcebit dolores. mltis
 ex uno fonte panis sauetas erit
 uroz.

ἔτι μὲν οὐδέ τις μάνομένην φησε τὴν θεοῦ μετὰ
 οἰοπρὸ φησίν, Latuerunt igitur multis seculis postea uo
 animaduersa sunt. quam natiuitas xpi. & passio patefecit ar
 chana. sicut et uoces pphaz. quae cum p annos mille quing
 tos & eo ampli' lectae fuissent a ppto iudeoz. nec tñ intellē
 tae sunt. nisi priusq' illas xps & uerbo & opibus interpreta
 tus ē. Illum ei pphē annuntiauerant. nec ullo modo poterāt
 quae loquebantur intelligi. nisi fuissent uniuersa completa.
 Venio nunc ad ipsam passionem. quae uelut obprobriū nobis
 obiectari solā. quod & hominem & ab hominibus insigni
 supplicio affectum & excruciatum colamus. ut doceam eam
 ipsam passionem ab eo cum magna & diuina ratione suscep
 tam. & in ea sola & uirtutem. & ueritatem. & sapientiam
 contineri. Neq' si beatissimus in terra fuisset. & p omne ui
 tam in felicitate regnasset. quisq' illum sapiens aut deum cre
 didisset. aut honore diuino dignum iudicasset. qd' faciūt ue
 rae diuinitatis exptes. qui caducas opes & potentiam fragi
 lem. & alieni bñficiū bona non tñ suscipiunt. uerē conse
 crant. & sapientes memoriae mortuoz deseruiunt. fortu
 nam iam extinctam colentes. quam ne uiuam qd' praesente
 q' sapientes colendam sibi unq' putauerunt. Nec ei pot' ali
 quid in rebus terrenis ē uenerabile. caeloq' dignum. si sola
 ē uirtus. sola iustitia. quae pot' uerum bonum & caeleste
 & perpetuum iudicari. q' nec datur cuiq' nec aufert'. Qua
 uirtute ac iustitia qm xps instructus uenit in terram. imo
 uo qm ipse uirtus. & ipse iustitia ē. descendit ut eā doceret.
 homineq' formaret. Quo magisterio ac dei legatione pfut
 tus ob eam ipsam uirtutem quam simul & docuit & fecit.
 ab omnibus gentibus & meruit & potuit deus credi. Ergo
 cum magnus ppls ad eum. uel ob iustitiam quam docebat.
 uel ob miracula quae faciebat. subinde confluerēt. & prae
 cepta eius audire. & a deo ipsum missum deiq' filiū crederēt.
 tum primores iudeoz ac sacerdotes ira stimulati. quod ab
 eo tanq' peccatores increpabantur. & inuidia deprauati. qd'

Dicet sibylla furiosa: medace
 cū at facta fuerit oīa: tū mei m
 moriā facietis: & nemo me ad
 furiosā dicē. di magni ppheterē



suma

confluente ad eum multitudine contemni se ac deseri uidebat.
& quod caput sceleris illorum fuit stultitia & errore caecati.
& immemores praeceptorum caelestium ac prophetarum. coierunt
aduersus eum. impiūq; consilium de eo tollendo cruciadaq;
coeperunt. qd̄ propheta multo ant̄ descripserat. Nam & dauid
i principio psalmorum suorum prudens in spiritu q̄rum facin^o
admissuri ceit. beatum ee ait q non abierit in consilio im-
piorum. Et Salomon in libro sapientiae his uerbis usus est.
Circūueniamus iustum. qm̄ insuauis ē nobis. & exprobat
peccata legis. Promittit se sciam dei hēre. & filium se dei
noiat. factus ē nobis in traductionem cogitationum nr̄arū.
grauis ē nobis et ad uidendum. qm̄ dissimilis ē alius uita il-
lius. & imitate sunt uiae illius. tanq̄ nugaces estimati su-
mus ab eo. & continet se a uis nr̄is q̄ ab imunditiis. &
praefert nouissima uistorū. & gloriatur prem se hēre deu.
Videamus ergo si sermones illius ueri sunt. & temptemus
quae euentura sunt illi. Contumelias & tormentis inter-
rogemus eū. ut sciamus reuerentiam illius. & pbem^o pauen-
tiam illius morte turpissima condemnemus eum. Haec co-
gitauerunt. & erantuerunt. excaecauit ei illos stultitia ip-
sorum. & nescierunt sacramenta dei. Nōne ita descripsit
nefarium illud consilium ab impiis initum contra deu. ut
plane interfuisse uideatur. At qn̄ a Salomone q haec ce-
cinit. usq; ad id tempus quo gesta res ē. mille ac decem
anni fuerunt. nihil nos affingimus. nihil addim^o. hēbant
haec q fecerunt. legebant in quos haec dicta sunt. Sed &
nunc heredes nois & sceleris illorum hēnt. & damnationem
suam prophetarū uoce praedictam. & quotidianis lectionibus
psonant. Nec aliqui in cor suum quae pars ē & ipsa dam-
nationis admittunt. Incepit ergo saepe a xpo uidei ex-
pbante illis peccata. & iniustitias. & a pp̄lo penē desu-
concitati sunt ad eum necandum. Cuius rei audaciam de-
dit illis humilitas ei^o. Nam cum legerent cum q̄ta uirtute
ac claritate fili^o dei uenturus eet ē caelo. ipsum at cerne

rent humilem. getum. sordidū. informem. nō credebant fi-
 lum dei eē. ignorantes duos ei' aduentus a p̄p̄tis eē prae-
 dictos. Primum in humilitate carnis obscurum. secundū
 in fortitudine maiestatis manifestum. De primo Dauid
